tionem vel legatum vel fideicommissum vel aliũ quencũq; modum eis dederit legibus debitã portionem: nisi forsan probabuntur ingrati: & ipsas nominatim a ingratitudinis causas parentes suo inseruerint testamẽto. Sed quia causas ex quibus ingrati liberi debeãt iudicari, in diuersis legibus dispersas, & non aperte declaratas inuenimus: quarum aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitudinem visę sunt aliquæ verò cùm essent dignæ pretermissæ sunt: ideo necessarium esse perspexim° eas nominatim præsenti lege comprenendere: vt præter ipsas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis causas opponere: nisi quæ in huius constitutionis serie cõtinentur. ¶ Causas + autem iustas ingratitudinis has esse decernimus b: Si quis parẽtibus suis manus intulerit c: si grauem d & innoxiam iniuriam eis ingesserit: si eos in criminalibus e causis accusauerit, quæ non sunt aduersus principẽ siue rempublicã. si cũ maleficis f nominibus vt malefi- cus versatur: vel vitæ g parentum suorum per venenum aut alio modo insidiari tentauerit. si nouercæ suæ h aut concubinæ patris filius + sese immiscuerit. si delator i contra parẽtes filius extiterit, & p suã delationem grauia eos dispendia fecerit sustinere. si quemlibet k de prædictis parentibus inclusum esse contigerit, & liberi qui possunt ab intestato ad eius successionem venire l petiti ab eo vel vnus ex his, insua eum noluerit fideiussione susc ipere vel pro persona vel p debito, inquantum esse qui petitur probatur idoneus. hoc tamen quod de fideiussione censuimus, ad masculos tantum modo liberos volumus pertinere. Si cõuictus m fuerit aliquis liberorũ ex eo quia prohibuerit parentes suos condere testamentum: vt siquidem post ea facere potuerint testamentum, sit eis pro tali causa filium exhæredandi licentia n. Si autem in ipsa p hibitione sine testamento aliquis ex parẽtibus decesserit, & alij siue q ab intestato ad hæreditatem de

rela: vt. C. de inoffi. testa. l. fratres. & institu. de inoffi. testa. §. j.

c ¶ Intulerit.] hæc est prima.

d ¶ Si grauem.] hæc est secunda.

e ¶ In criminalibus.] Hæc est tertia. Accursius.

f ¶ Si cum maleficis.] Hæc quarta. Accursius.

functi aut cũ ipso filio, o q testamẽtum fieri prohibuit, aut post illũ vocañ: siue illi quos hæredes aut legatarios habere volebat, vel qui læsionem aliquã ex prohibitione testamẽti sustinuerit, hoc ipsum approbauerint: sedm alias leges p sup hoc positas talia negotia terminentur. Si præter volũtatem q parentum inter arenarios vel mimos sese filius sociauerit, & in hac ꝓfessione permanserit: nisi forsitan etiam parentes eiusdem ꝓfessionis r fuerint. Si alicui s ex prædictis parentibus volenti suæ filiæ vel nepti maritũ dare, & dotem secũdùm vires substantiæ suæ p ea præstare, illa nõ consenserit, sed luxuriosam degere vitã elegerit. Si vero + vsq; ad. xxv t. annorũ ætatẽ puenerit filia, & parentes distulerint eam marito copulare, & forsitan ex hoc cõtigeritin suũ corpus eam peccare, aut sine cõsensu parẽtũ marito se libero tñ coniungere: hoc adingratitudinẽ filię nolum° imputari: quia nõ sua culpa: sed parentũ id commisisse cognoscitur.

¶ *Filij furiosi si curam eius neglexerint, à patre sanæ mentis effecto exhæredari possunt: extrancus uerò qui denunciatione in scriptis facta filijs mandauit q curam de patre habeant furioso, & eis negligentibus curam & diligentiam furioso exhibuit: ad successionẽ eius admittitur testamento quò ad successionem euacuato: quò ad alia cuncta capitula in sua firmitate manente. Bartolus.*

¶ Si quis + de prædictis v parentibus furiosus fuerit, & eius liberi vel quidamex his, aut liberis ei nõ existentibus, alij eius cognati qui ab intestato ad eius hæreditatem vocantur, obsequium ei & curam cõpetentem nõ præbuerint: si quidem à tali sanatus fuerit infirmitate, erit ei potestas vtrum velit negligentem filium vel filios aut cognatos, ingratum vel ingratos in suo scribere testamento x. Si autẽ aliquo furoris morbo cũ detẽtum extraneus aliquis viderit à suis neglectum liberis vel cognatis, aut alijs ab eo scriptis y hæredibus, & pro misericordia voluerit eũ ꝓcurare: damus ei licentiam attestationem eis qui ab intestato vel ex testamẽto iam facto ad furiosi hęreditatem vocantur, scriptis diri-

g ¶ Vel vitę.] Hęc quĩtã. Accursius.

h ¶ Si nouercę suę.] Hæc est sexta.

10 i ¶ Si delator.] Hæc est septima.

k ¶ Si quẽlibet.] Hæc est octaua. Accursius.

l ¶ Ventre.] Nam fœminæ impediuntur fidem iubere per velleianum: vt. ff. ad velleia. l. j. &. ij.

m ¶ Si cõuictus.] Hæc nõna.

20 n ¶ Licentia.] sic & ecõtra: vt. j. e. §. & quod de ea. Accursius.

o ¶ Filio.] quia sunt fratres eius qui non prohibuerunt. Accursius.

P ¶ Leges.] q̃ dicũt vt prohibenti actiones oẽs debeant denegari, & fisco sua portio deferatur 30 vt. ff. si quis ali. testa. p. l. j. in princi. &. C. si quis ali. testa. p. l. ij. alijs verò qbus aliquid fit relictũ + Ex hoc nõ nocet quominus ꝓ text. sumpta est autẽ. q̃ est l. j. §. sed si legatum. siue vniuersaliter: vt. ff. ad trebel. l. iij. §. fi. &. ff. si quis 40 ali. testa. pro. l. ij. §. fi. Nã & invni° factũ alij nõ nocet etiam fratri: vt. ff. si quis ali. testa. pro. l. si quis dolo. §. j. hodie aũt, qđ plª est, in duplũ tenetur qui prohibuit: vt. j. vt nul. iudicum. §. & hoc peruenit. Et sic not. teneri impedientem. & ad hoc fa- 50 cit. ff. de eo p quem fac. erit. l. ex hoc. & de cõdi. cau. da. l. iij. §. fi. in fi. & de leg. ij. l. lucius. §. sempronia.

q ¶ Pręter voluntatem.] Hæc decima est causa.

† Facit ad hũc. §. gl. in. c. interdilectos. super verbo accessoriũ in fi. extra de fi. instr. q̃ gl. in sui fi. facit mẽtionẽ istius. §. dona ho

r ¶ Professionis.] nã nil iudęus iudæo, nil catilina cethego, & nil dolosus dolosio: vt. ff. de dolo. l. si duo. &. C. de hęre. l. quoniam. &. C. de inoffi. test. l. ĩ arenam. Acc.

s ¶ Si alicui.] Hæc est vndecima. & facit. C. de inoffi. testa. l. filiam.

t ¶ Vsq; ad. xxv.] ergo econtra si fuerit misnor, & peccat in suum corpus: iusta est exhæretionis causa: vel etiã maior si copulet se seruo, arg. ff. de offici. eius cui man. est iurisd. l. j. ibi, huius rei &c. &j. proxi. §. ibi, libero &c. Accursi.

v ¶ De prædictis.] Hæc est. xij. hæc eadẽ ter 80 uantur in filijs: vt. j. eo §. siue igitur. ibi, si liberis vel vno &c.

x ¶ Testamento.] nam potest eum instituere & exhæredare. & propter hoc. §. iste hic ponitur. si autem nil dixerit de eo: hoc dices. j. eo. in fi. huius. §.

y ¶ Scriptis.] Not. attestationem inscriptis dirigendam: vt. ĩ. de tempo. nõ so. pe. §. contestationes. col. vij. Item no. de vi & authoritate denuncia- Attestationes fieri debent. scriptis fieri

m § causas nota causas ingratitudinis propter quas pater potest exheredare filium die et q ppter maiores hispotest matres sins 78 et p cap in fine 16 nõ 10 die etiam fm felin in cap ralis col 1 de testam quæritur similes et cæt cons opinfm Jaso. m aut ex causa col 3 de foli pret hup. m l fi q 4 de testo donatio col 4 cuy de q hõg tt° 7 part 6.

m rod ibi manifeste dem si no bene cam fm hup. m l fi q 17 C de testa

m rod ibi accusaberit idem dic si sponte testimonium q̃ patrem dixerit in crimjnali cã vl fuerit q̃ ꝙrum aduocatus fm hup. nbi s q 8 et 9

m rod ibi luxuriosam 1 si fuerit meretrix ex mente ff m l si filiam meretrix nõ possit filiam meretrix cum bar et cõm in l in arenam C de inoff test nbi bar et idem in auth nõ 8 C de lib pret

tionis:vt hîc,&.j.proxi. §.&.C. de rei vendi.l. fi fundũ.Item not.q̃ delicto hæredis,licet nec ciuitatem nec libertatem amiserit:amittitur hereditas:vt.j.proxi.§. Item not.q̃ aufertur ab indigno,& nõ applicatur fi-
10 ſco ſed benefactori. Itẽ no.q̃ ex benefacto extranei fit hęres. Item no.q̃ legata valent,licet teſtamentũ nõ valeat qđ plenius dices.j.proxi.§.

Teſtamẽ toinfirmo valẽt tñ legata.

a ¶ Neglexerint.] qđ ſi nõ faciat teſtamentũ, nec aliquis extraneus cũ ꝓcurauerit? Rñ. filij vel
20 agnati ſunt hęredes:ſed poteſt ei aufferri hęreditas:vt.ff. de ijs qui.vt indigni,l.iij. Vel dic in hoc caſu ſicut in ſequẽti q̃ eis denegetur hęreditas ex ſuo delicto:vt in pxi.§.Accur.

b ¶ De prædictis.] Hæc eſt tertiadecima.

30 c ¶ Adſcribere.] q.d.ſi vellet eũ nihilominus inſtituere, poſſet:& ſic non compellitur,Ac.

d ¶ Proficiat.] & ſic fit inuentariũ quãdo captiui directè inſtituuntur:vt.C.de epiſ.& cle,l. nulli.Accur.

† Facit ad hoc,C. de fac.ſan.ec, l.iancim⁹. &.c, ꝓcipimus. xij, q.j. circa prin.

e ¶ Neglexerit.] ſic
40 & ſi eum ægrum non curauit:vt.ff.de his qui, vt indig.l.iij.

Alienario, f minori xx vel.xxv.annis ſine decreto ditur.

f ¶ Supponendi.] not. minorem.xxv. annis poſſe alienare & obligare; qđ eſt ſpeciale.aliâs contra.C.de his qui ve.ęta. l.pe.& facit.ff.de reb.eo. l.ſi pupillorũ.§. fi. Acc,
50 g ¶ Et eis.] ſcilicet cõtractibus.Al,

h ¶ Debitis.] ex hac autẽ v,notanť mirabilia. Primũ eſt:licet teſtamentum nõ valeat,legata tñ valent:qđ eſt cõtra regulam.C.de fideicõ.l eam quã.Secundũ eſt: qđ aufertur ab indigno,nõ ap-
60 plicatur fiſco.aliâs contra videť.ff. de his qui. vt indi.l.claudi⁹.&.l.mulierem & dele.iij.l. ſi deportati.&.C.de his q.vt indi.l.hæreditas.Tertiũ q̃ nõ domin⁹ rẽ captiui alienat ſua authoritate. Quartũ:qa minor.xiiij. annis non patiť huius.l. pœnã,cũ aliâs etiã impuberes & capaces doli nõ iuuanť:vt.ff.de re.iu. l.pupillũ,& inſti. de ob. q̃ ex de.nat.§.fi.Quintũ: quia minores in alienatione tali nõ reſtituunť. aliâs contra:vt.C. de inte.reſti.mi l.inj.&.iiij,

i ¶ Si quis.] hęc eſt quar-
80 tadecima & vltima.

Conſpiratio qñq; in bonam partem ſonat.

k ¶ Conſpiratione.] not. cõſpiratio in bona parte.

l ¶ Ingratos.] neq; ab inteſtato ſuccedũt: vt.j. pxi.§. &.j. de hære.quæ ab inteſt.§.fi.col.ix.Acc.

gerevt eum procurare feſtinẽt.Si autem poſt huiuſmodi atteſtationem neglexerint, & extraneus in ſuam domum furioſum ſuſceptũ ſumptibus proprijs vſq; ad finem vitæ ipſius procuraſſe monſtratus fuerit:eum qui obſequiũ ac diligẽtiam furioſo exhibuit,licet extraneus ſit,ad eius ſucceſsionem peruenire decernimus,euacuata inſtitutione eorum, vt pote indignorum qui furioſo (ſicut diximus) curam prębere neglexerint[a]:ita tamen vt cætera teſtamenti capitula in ſua maneant firmitate.

¶ Succeßio teſtatoris qui à ſuis redimi negligitur, applicatur eccleſiæ expendenda pro redẽptione captiuorum:parcitur tamen minori xxv. annis:cui etiam permiſſum eſt res captiui ꝓ eius redemptione uendere: qui cogitur habere ratum.Bartolus.

¶ Si vnũ de prædictis[b] parentibus in captiuitate detineri cõtigerit, & eius liberi ſiue oẽs ſiue vnus nõ feſtinauerint eum redimere: ſiquidẽ valuerit cãlamitatem captiuitatis euadere, in eius ſit poteſtate vtrũ hanc cauſam ingratitudinis teſtamento ſuo velit adſcribere[c]. Si aũt per liberorũ negligentiam vel contemptũ non fuerit liberatus,& in captiuitate deceſſerit:illos ad ſucceſsionẽ eius venire nõ patimur†: quia nõ feſtinauerunt eius redemptionem citius ꝓcurare:ſed omnibus liberis in hoc negligentibus, res vniuerſas ab eodem relictas, eccleſiæ ciuitatis ex qua oritur,applicari,inuentario ſcilicet ſub publica atteſtatione celebrando: ne quid ex eius facultatib⁹ pereat:ita vt quicquid exinde ad eccleſiam peruenerit, captiuorum redemptioni proficiat[d]. ¶ Sed hæc quidem quãtum ad perſonas dicta ſunt quas ex hæredare nõ licet:niſi ingratitudinis cauſas vbiq; approbari contigerit. Occaſionẽ autem nobis ad generalem legem ꝓmulgandam hæc prẽſens cauſa noſcitur obtuliſſe. Sed vniuerſaliter iubemus vt ſi ille qui in captiuitate detentus fuerit,liberos nõ habuerit, & alijs qui ad eius hæreditatem vocati ſunt, eum redimere nõ feſtinantibus,in captiuitate defunctus fuerit:null⁹ ex ijs qui neglexerit[e], ad hæreditatem eius perueniat,licet ante captiuitatem teſtamentũ forſitan ab eo fuiſſet conſcriptũ,in quo memoratas ꝑſonas ſcripſit hęredes:ſed hac quoq; inſtitutione hæreduminfirmata, & ceteris teſtamenti capitulis in ſuo robore permanentibus, ſubſtãtiæ taliũ perſonarum ſimili modo eccleſijs ciuitatũ ex quibus orti ſunt,applicẽtur, & nullis alijs cauſis quã in captiuorũ redẽptionibus expendanť:vt vnde illi à ſuis nõ ſunt redempti,aliorũ redẽptio procuretur, & ipſorum quoq; animæ ex hac cauſa piiſſima ſubleuẽtur.Hoc eodem obſeruando & ſi aliam extraneam perſonam ante captiuitatem ſcripſit hæredem, & illa ſciens ſe ab eo hæredem ſcriptam, eum redimere à captiuitate neglexerit.Hanc autem pœnam cõtra illos valere iubemus,qui octauum & decimũ ſuæ ætatis annum compleuerint.In huiuſmodi verò cauſis quando pro captiuorum redemptione neceſſarium fuerit dare pecunias:ſi quis proprias pecunias nõ habuerit,licentia erit ei,ſi memoratæ ſit ætatis,mutuãdi pecunias, & res mobiles vel immobiles ſupponendi[f], ſiue propriæ ipſius ſint,ſiue illius qui in captiuitate detinetur:quoniam in prædictis omnibus quæ pro captiuorum redemptione data vel expenſa probabuntur, contractus huiuſmodi tanq̃ à perſona ſuæ poteſtatis & legitimæ ætatis factos,ita firmos eſſe decernimus:nullo eis qui cum huiuſmodi perſonis in memoratis cauſis quo prædictum eſt modo contraxerint,præiudicio generando: neceſsitatem ſcilicet habẽte eo qui ex captiuitate redierit,tales contractus ratos habere,& eis[g] tãquam ſuis debitis[h] obligari.

¶ Catholico nõ ſuccedunt filij nec propinqui hęretici: ſed eccleſia ei ſuccedit ſi clericus ſit,& laico fiſcus.hoc dicit.

¶ Si quis[i] † de prædictis parentibus orthodoxus conſtitutus ſenſerit ſuum filium vel liberos non eſſe catholicæ fidei,nec in ſacroſancta eccleſia communicare,in qua omnes beatiſsimi patriarchæ vna cõſpiratione[k] & concordia fidem rectiſsimam prædicant, & ſanctas quatuor ſynodos,Nicenam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam,& Calchedonẽſem amplecti ſeu recitare noſcuntur:licentiam habeant pro hac maxime cauſa ingratos[l] eos & ex hæredes in ſuo ſcribere teſtamento.Et hæc quidem pro ingratitudinis cauſa decernimus. ¶ Generalem autem † ꝓuidentiam liberis catholicis deferentes,iubemus ſaluis legibus quæ iam de alijs hæreticis ſunt prolatæ, & circa Neſtorianos & Acephalos hæc obſeruari, vt ſi quãdo parentes inuẽti fuerint ſiue iudaico Neſtorij furori dediti, ſiue Acephalorũ amplectentes inſaniam, & ideo ab eccleſiæ catholicæ communione ſeparati:non liceat eis alios hæredes ſibi inſtituere niſi liberos orthodoxos,& eccleſiæ catholicæ communicantes, vel liberis non exiſtentibus,agnatos vel cognatos qui ſcilicet catholici ſint. Quòd ſi forte ex filijs alij quidem ſunt orthodoxi, & eccleſiæ catholicæ communicantes,alij verò ab ea ſeparati:omnem parentum ſubſtantiam ad filios tantũ catholicos peruenire ſancimus:licet vltimas voluntates huiuſmodi perſonæ fecerint contra tenorem huius noſtræ conſtitutionis aliquid diſponentes. ¶ Si verò poſt hac fratres ab eccleſia ſeparati,ad eam cõuerſi fuerint: pars eis competens,in ſtatu in quo inuenta fuerit tempore quo reditur,eis præbeatur:vt nullam de fructibus aut gubernatiõe medij temporis inquietudinem vel moleſtiam catholici patiantur qui ante prędictas[m] detinebant:quoniam huiuſmodi rerum quas ex fratrũ parte nõ communicantiũ catholici poſſidebant, ſicut alienationẽ vetamus[n], ita prętcritorũ temporũ fructũ aut gubernationem nullatenus ab his à quibus detenti ſunt,exigi vel retractari permittimus.Si autem vſq; ad

Decernimus.

m ¶ Prædictas.] ſcilicet res:& hoc in odium hæreticorum fratrum, ſic & aliâs in fauorem ceſſat redditio rationũ: vt.C. de epiſco. & cleri. orphanotrophos.&.j.de ec.tit.§.penul.

n ¶ Vetamus.] ſic.ff. to de iure do.l.ſi is.&.l.ſi.

† Addendũ hũc.§. qđ dicitur in c.ſi gs epi. in text. & in glo. extra de hæreticis.

† Hanc textum innuentes.C. de hære. aut. ſita ſuper l. cognoui mus,cuius initiũ eſt, Idem eſt.

a ¶Decernimus.]Sed nũquid filij loco patris sui si sunt orthodoxi,vocabuntur? Rñ. sic:vt insti.de hære.quæ ab intesta.§.cùm filius.

b ¶Si quidẽ schema.] i.clerici sunt parentes.

c ¶Habebãt.]isti mortuo tui.Accursius.

d ¶Intra annale.]not. ergo q̃ p̃scriptio q̃ aliàs est xxx.an.vt in hæreditatis petitione: vt.C. de hæred.pe.l.hæreditatis. erit hoc casu ecclesiæ annalis:sic& aliâs prout.j. de sanc.epis.§.antep.col. ix.& sunt hæc specialia.
20 aliâs contra.j. de eccle. tit.§.pro temporalibus. & potest hæc esse ratio qualisqualis:qa est in acquirendis:vt argu.C.de aquir.pos.l.fi.

e ¶Laici sunt.]s. parentes qui habent filios & agnatos hæreticos.

† Concor. glos.in ca. quoniãfre quẽter iuperverbo, intra annũ. extra vt lit. non contesta.

f ¶Si enim.]not.animã
30 corpori p̃ferendam & alijs rebus. sic &.C. de sacrosan.ecc.l.sancimus. in fine.

g ¶Siue vnam.] Nota sufficere vnã de plurib' causis:vt hîc, &.j.e.§. fi tales.&.C.de reuo.do.l. fi.Sed argu.contra.ff.de trãsac.l.cùm hi.§.si prę-
40 tor. sed ibi fuerat â iure expressum.Accursi.

h ¶Mõstrauerint.] p̃ constãtinũ p̃bant filij se grauatos.C. de inoffi. testa.libe.quę est contra. Sed p̃ Iustinianũ corrigitur vt probant hæredes vt hic,&.C.de inoff. testa.l.omnimodo.Et sic
50 not.q̃ propter p̃sumptionem etiam possidẽs probat vt hîc facit insti tutus hæres: vt.C. de p̃ba.l.siue possidetis.

i ¶Habere.]& sic etiã filius alimenta nõ habebit imo nihil: vt hic, & C.de secun.nup.l.fin. in prin.&.s̃.de hære.& fal.
60 §.exhæredatos.col.j.& s̃.de immen.do.in fi.collatio.vij.

k ¶Nullum.]ipso iure secundũ M. & Azo. sed secundũ Ioã. & alios dic per sententiã,& sic aget querela.& secundũ hoc dices euacuato ideſt euacuãdo per querelam.&
70 sic tempus pro tempore:vt.ff.de lega.iij.l.etiã &.C.de infa.l.si possidonium.sed primi propriè ponunt scilicet ipso iure & hoc plenè dixi.s̃.eo.§. aliud.Accursius.

Scriptura pro parte tenere potest.

l ¶Testamentũ.]Not. scripturã p̃ parte tenere & p̃ parte non vt hîc,&
80 C.de trãsa.l. si ex falsis instrumentis &.C. de latu.li.tol.l.j.§.fi.ar.cõtra. ff.de mino.l.ex causa.

m ¶Testamentis.]nã & si parẽtibus &c. sic.ff. de inoff.test.l.nã & si ad hoc.C.de impub.& alijs finem vitæ suę in eodem errore nõ communicãtes permanserint: tũc catholicos fratres vel hæredes ipsorum plenissimo iure dominij eas-dem res possidere decernimus[a].q̃ si filij q̃dem oẽs puersi & ab ecclesiæ catholicæ communione alieni inuenti fuerint,alij autem p̃pinqui agnati vel cognati religionẽ catholicam colentes,& communicatores esse fuerint approbati:eos liberis hæreticis anteponi, & eorũ hæreditati succedere. ¶Si verò liberi & p̃pinq̃ agnati vel cognati ab orthodoxæ religionis cõione sunt extranei:tunc si quidem schema[b] clericorum parentes eorũ habuerint:ad ecclesiam ciuitatis vbi domiciliũ habebant[c]:res eorũ volumus pertinere:itavt si ecclesiastici intra annale[d] spatiũ † huiusmodi personarũ vendicare res neglexerint,earum dominium nostri fisci iuribus vendicetur.Si autem laici sunt[e], sine aliqua distinctione substantias eorum ad res priuatas nostras similiter peruenire sancimus. Quæ obtinere decernimus etiam si testamento nõ facto tales personę decesserint.Omnibus quę contra cæteros hæreticos[f] in alijs cõstitutionibus disposita sunt, & contra Nestorianos, & Acephalos,& alios omnes qui catholicæ ecclesiæ in qua prædictę quatuor synodi & patriarchę recitãtur,nõ cõmunicantur, & successiones eorum similiter obseruandis. Si enim[f] pro causis corporalibus cogitamus:quãtò magis pro animarum salute prouidentia est nostrę solicitudinis adhibenda?

¶ *Testamenta parentum uel liberorum liberis uel parentibus exhæredatis uel præteritis legitima causa inserta & p̃bata ualent.causa nõ inserta uel inserta& nõ p̃bata nullũ liberis uel parẽtibus exhæredatis uel præteritis præiudiciũ gñat testamẽto uacuato,& ab intestato eis successiõe delata:in alijs capitulis testamento firmitatem obtinente. Item causæ ex quibus ascendentes à descendentibus exhæredari possunt,hîc specialiter enumerantur.Bartolus.*

¶ Siue igitur omnes memoratas ingratitudinis causas, siue certas ex his, siue vnam[g] quamlibet parentes in testamento suo inseruerint, & scripti hæredes nominatam vel nominatas causas vel vnã ex his veram esse monstrauerint[h]: testamentum suam habere[i] firmitatem decernimus. ¶Si autem hęc obseruata non fuerint:nullum[k] ex hæredatis liberis præiudicium generari:sed quantum ad institutionem hæredum pertinet testamento euacuato,ad parentum hæreditatem liberos tanq̃ ab intestato ex æqua parte peruenire, ne liberi falsis accusationibus cõdemnẽtur, vel aliquã circũscriptionem in parentum substantijs patiantur. ¶Si verò contigerit in quibusdam talibus testamentis quædam legata vel fideicomissa aut libertates,aut tutorum donationes relinqui vel quælibet alia capitula concessa legibus nominari:ea omnia iubemꝰ adimpleri,& dari illis quibus fuerint derelicta,& tanq̃ in hoc nõ rescissum obtineat testamentũ[l]. Et hæc quidem de parentum ordinauimus testamentis[m]. Iustum autem perspeximus & econtrario de liberorũ testamentis hæc eadem cũ aliqua distinctione disponere. Sãcimus itaq; nõ licere liberis parentes suos præterire,aut quolibet modo à rebus p̃prijs,in quibus habent testãdi licentiam,eos[n] omnino alienare[o]:nisi causas quas enumerauimus,in suis testamentis specialiter nominauerint.Has autem esse decernimus si parentes ad interitum vitæ liberos suos tradiderint[p]: citra causam tamen quæ ad maiestatem pertinere cognoscitur.Si venenis aut maleficijs aut alio modo parẽtes filiorum vitæ insidiati probabũtur.Si pater nurui[q] suę, aut concubinæ filij suis esse immiscuerit.Si parẽtes filios suos testamentum cõdere prohibuerint in rebus in quibus habent testandi licentiam: omnibus videlicet in huiusmodi testamentorũ prohibitione seruandis,quæ in parentum persona distinximus[r]. Si contigerit aut virum vxori suæ ad interitum aut alienationem mentis dare venenum,aut vxorem marito,vel alio modo alterum vitæ alterius insidiari:tale quidem, vtpote publicum crimen constitutum †,secundũ leges examinari, & vindictam legitimam promereri decernimus[s]: liberis autem esse licentiam nihil in suis testamentis de facultatibus suis illi personæ relinquere[t] quæ tale scelus nosc itur commisisse.Si liberis vel vno ex his in furore cõstituto parentes eos curare neglexerint: omnia & hic obseruari præcipimus quæ de parentibus furiosis superius disposuimus[v]. ¶His casibus etiam cladem captiuitatis adiungimus:in qua si liberos detineri,& per parentum contemptum vel negligentiam non redemptos ab hac luce transire contigerit,nullatenus eorum parentes ad facultates peruenĩãt liberorum de quibus filij testari potuerant:sed omnia in hoc quoq; capitulo seruentur quæ & de parentibus vel cognatis atq; agnatis qui abintestato ad talium personarũ iura vocantur,aut de extraneis scriptis hæredibus supra censuimus[x]. Si quis de prædictis liberis orthodoxus constitutus senserit suum parentem,vel parentes non esse catholicæ fidei:hæc & in eorum persona tenere quæ supra de parentibus iussimus[y]. ¶Si tales igit̃ causas vel certas aut vnam ex his liberis suis testamẽtis inscripserint, & scripti ab eisdem hæredes aut omnes aut certas aut vnam ex his probauerint:testamentum in sua firmitate[z] manere præcipimus. ¶Si autem hæc omnia non fuerint obseruata, nullam vim huiusmodi testamentum quantum ad institutionem hæredum habere sancimus:sed rescisso testamẽto[a] ,eis qui ab intestato

† cõstituimus.

a sub.l.ij.in princ. &.ff.de inof.test.l.papinia,§.sed nec ĩpuberis.&.C.adter, l.fi.in prin.&.ff.d mi.te sta.l.si à milite.§.fi.Acc.

n ¶Eos.]s.parentes.

o ¶Alienare.]à bonis scilicet exhæredando.

p ¶Tradiderint.] accusando eos de aliquo maleficio.

q ¶Neruĩ suæ.] id est vxori filij.Accursius.

r ¶Distinximus.]s̃.eo. §.si coniunctus.

s ¶Decernimus.]s̃.eo. §.j.Accursius.

t ¶Relinquere.] hæc ingratitudo est per obli
20 quum.

v ¶Disposuimus.]s̃.e. ti.§.fi quis de p̃dictis.

x ¶Censuimus.]vt.s̃. eo.§.fi vnum.

y ¶Iussimus.] vt.s̃.e.§. fi quis de parentibus. &
§.generalem.

z ¶Firmitate.] imo videt q̃ non:vt.ff. de iniu-
30 sto & rup.test.l.filio.cõtra.Sol.illa corrigit istã.

a ¶Testamento.] s.p̃

querelam, vt diximus.ſ. eo.§.ſiue igitur.

a ¶ Leges.] vt.C.de inoffi.teſt.l.omnimodo. & l.ſcimus.Accurſius.

b ¶ Conſiderare.] ſic.ſ. de hære.& falcidi.§. his omnibus.

c ¶ Pulcherrimam.] alias pulcherrima: vt ſit proprium nomen.& alſ pulcherrimam.

d ¶ Inualida eſſe.] imo maiores pœnas patidebet: vt.ſ.vt defun.ſeu fu.§.j.col.v.q̃ eſt contra. Sol.pœna amiſsionis p̃rij & alterius tãti & tertiæ partis bonorũ locũ habet cùm vel in moribũdum vel adhuc viuẽtem iniuriatur vel q̃ prohibet exequias fieri.ſin autem in cautionib⁹ exigendis locũ hæc aut̃ habeat.Azo. Et ſic not. q̃ quædam cauſa funeris conceduntur quæ aliàs non concederentur: vt hîc,&.C.de iure deli.l. fi.§.in computatione.& C. de ſepul.viol.l.fin.& ff.de in ius vocan.l.ij.§. pe.&.§.fi.

Præiudiciũ non fit agere non valenti.

e ¶ Præiudicio.] no.q̃ non ſit præiudiciũ agere non valenti: vt.C. de preſcri.xxx.anno.l.ſicut. in fi.& de anna.excep.l. j.in fin. &.C. quando actio.de pe.eſt anna.l.penul &.ff.de collu.dete.l. ij.§.j.&.ff.de iudi.l.ij.§. pen. &.j.de ſan. epiſ.§.ſi verò epiſcopi.col.ix.

f ¶ Fieri preiudiciũ.] nam nõ poteſt quis conſtituere aliũ ſoluturũ: vt ff.de conſti.pecu.l. eum qui.§.ſed & ſi quis cõſtituerit. & inſti.de inuti.ſtipu.§. ſi quis aliũ.& ff. de duobus reis.l. his verbis.ſi econtra alij nõ poteſt conſtitui: vt in ea. l.§.iul.ſcribit.& argu.ff. de verb.obli.l.ſi mihi & titio.in prin.

g ¶ Imperſonaliter.] ſic dicendo ſimpliciter ſatisfiet tibi: nõ valet.& ſic not.certa & ſpecificata valere q̃ aliàs nõ valerẽt.vt.ff.ſi quis cau.l.ſed & ſi.§.queſitũ.& de acquir.hęre.l.ſi quis mihi bona.§.iuſsũ.&.ff. ſi cer. pet.l. fi.§.labeo. &.ff. de vſur,l.qđ in ſtipulatiõe. &.ff.qđ cuiuſq; vniuerſita.l.itẽ.§.j.&.ff.man.q̃ mutuum.§.ſalarium.

Specificata valent q̃ aliàs non.

ad hæreditatem defuncti vocãtur res eius dari diſponimus: legatis videlicet vel fideicommiſsis & libertatibus,& tutorum dationib⁹ ſeu aliis capitulis ſicut ſuperius dictum eſt,ſuam obtinentibus firmitatem.Si quid autem pro legatis ſiue fideicommiſsis & libertatibus & tutorum dationib⁹,aut quibuſlibet aliis capitulis in alijs legibus inuentum fuerit huic conſtitutioni cõtrarium: hoc nullo modo volumus obtinere. ¶Et hæ quidem exhæredationis aut præteritionis pœnæ quãtum ad ingratitudinis cauſas contra prædictas perſonas ſtatuendæ ſunt: ſi quę autem ex his inter crimina reputantur,earũ authores etiam alias pœnas ſentiant legibus definitas.

¶ *Nemini licitum eſt hæredibus propinquis & affinibus & coniunctis defuncti, & eius fideiuſſoribus ullam inquietudinem uel moleſtiam occaſione debiti defuncti uel generaliter quacũq; de cauſa ad præfatas perſonas ſpectante ante ſpatium nouem dierum inferre: quicquid autem factum eſt intra prædictum ſpatium, eſt inualidũ nullo tamẽ ex hoc creditori circa temporalem præſcriptionem præiudicio generando.Bartol.*

¶ Hæc autem diſpoſuim⁹ vt & parentes & filios à teſtamentorũ iniuria liberos reddamus.Cæterum ſi qui hæredes fuerint nominati: etiam ſi certis rebus iuſsi fuerint eſſe contenti: hoc caſu teſtamentũ quidem nullatenus ſolui præcipimus: quicquid autem minus eis legitima portione relictum eſt,hoc ſecundùm noſtras alias leges[a] ab hæredibus impleri.Sola enim eſt noſtræ ſerenitatis intentio,à parẽtibus & liberis iniuriam præteritionis & exhæredationis auferre. ¶ Conſiderare[b] nanq; debent parentes quia & ipſi filij fuerunt, & eadem à ſuis parentibus ſperauerunt. Et ſimiliter qui nunc filij ſunt,debent ſtudere parentum animos ſanare: quia & ipſi parentes fieri deſiderant, & à ſuis filijs optant honorari. Vnde & conſtat ad vtriuſq; partis vtilitatem atq; cautelam præſentem legem fuiſſe prolatam: quam ex hac occaſione promulgandam eſſe perſpeximus. In aliquo autem negotio diſceptantes, inuenimus pulcherrimam[c] filiam gratam quidem à ſua genitrice fuiſſe dictam, exhæredatam autem teſtamento nominatam tam in paternis quàm in maternis facultatibus: & talem quidem ſcripturam,quia dolo eã & machinatione quorũdam cõpoſitam fuiſſe comperimus,nullo modo permiſimus obtinere: filiam autem hæredem patris ac matris iuſsimus fieri: ſicut & in ſcriptis prolatum ſuper hac cauſa noſtrum manifeſtat arbitrium. ¶ Meminimus inſuper legem à nobis fuiſſe ꝓlatam per quam iuſsimus nulli penitus eſſe licentiã corpora defunctorum debiti gratia detinere,aut impedimentũ eorum facere ſepulturę. ¶ Sed in præſenti quendam cognouimus cuiuſdam mortui genitorem à ſepultura ſui filij redeuntem,nomine debiti tenuiſſe: ideoq; pium & humanum eſſe perſpeximus talem credulitatẽ hac lege piiſsima coercere. ¶ Sancimus †itaq; nulli penitus eſſe licentiam aut hæredes,aut parentes,aut liberos,aut coniugem,aut agnatos vel cognatos, aut alios affines eius,aut fideiuſſores ante nouem dierum ſpatiũ in quibus videntur lugere,conueniendi,aut quocunq; modo inquietandi,aut aliquam admonitionem eis offerẽdi,aut in iudicium eos vocandi,ſiue debiti gratia qđ à defuncto deſcendit,ſiue alterius cuiuſcunq; cauſæ nomine ad memoratas perſonas ſpecialiter pertinentis. Si verò intra decem dierum ſpatium aliquis auſus fuerit quamlibet de prædictis perſonis, aut conuenire, aut aliquam cautionem ſeu promiſsionem vel fideiuſsionem exigere ab ea: hæc omnia inualida[d] eſſe decernimus.Poſt nouem autem dierum excurſum ſi quis cõtra tales perſonas aliquas habere putauerit actiones: eas ſecundùm leges exerceat,nullo videlicet præiudicio[e] actoribus ex hoc interuallo circa temporalem præſcriptionem,aut in alia quacunq; legitima allegatione penitus generando.

† Facit ad hũc.§.c.ex parte.iuncta gl.ſup.ver bo, appellationẽ.extra de ſepul.

¶ *Qui conſtituit uel ſpopondit pro alio: ſi quidem perſonaliter eſt locutus dicendo ſatisfaciam,obligatur in quantitate quam dixit.ſi dixit,ſatisfiet à me & ab illo: illo non conſentiente,pro rata eſt obligatus.Si uerò alternatiuè ſatisfiet à me aut ab illo: illo nõ conſentiente,ipſe inſolidũ tenetur.Si uerò conſtituens locutus fuit imperſonaliter: nullus tenetur,ſalua tamen manẽte actione contra illos contra quos de iure cõpetit, his obtinentibus in quibuſcunq; caſibus nondum finitis.Bartolus.*

¶ Ad hoc †, aliud capitulum ad pecuniæ conſtitutionem ſeu promiſsionem reſpiciens, hac lege præuidimus definire.Sancimus igitur ſi quando aliquis aut ꝑſe aut pro alia perſona pecuniam conſtituerit vel ſponderit,dicẽs fortẽ cuicũq;, Satis tibi facio †.eum in quantitatem quam dixit,modis omnibus obligari,atq; promiſsionem ſeu ſponſionem ſuam adimplere & debitum cõpelli perſoluere. ¶ Si quis autem dixerit, Fiet tibi ſatis à me & ab illo. & illo illis quidẽ quos nominauerit,non conſentientibus,nullum ex tali voce fieri præiudicium[f]: ſed nec ipſum qui hoc dixerit,pro illis perſonis quas nominauit,aliquam exactionem ſuſtinere: pro ſe autem,quod ſecundùm leges debere monſtratus fuerit,pro rata tantùm portione perſoluere. Si autem dixerit, Fiet tibi ſatis aut à me,aut ab illo & illo. tunc nominatis quidem ſimili modo non conſentientibus nullum fieri præiudicium: ipſum autem qui hoc promiſerit, integrum quidem debitum cogi perſoluere.Si quis autem dixerit,Fiet tibi ſatis.eum,tali verbo,vt imperſonaliter[g] dicto,tanquam ſi nihil promiſerit, ita ab omni exactione liberum ſeruari.Si quam autem contra nominatas perſonas putauerit ſibi actionem competere: eam ſecũdùm leges aduerſus eos ꝓponere,& legis auxilio perpotiri. ¶ Hæc aũt obtinere ſancimus in cauſis omnibus q̃ nondum iudiciali ſententia vel amicabili conuentione ſopitæ ſunt, parens chariſsime atq; amãtiſsime.Celſitudo itaq; tua præſentem noſtri numinis generalem cõſtitutionem edictis q̃dem in hac regia ciuitate more ſoluto proponendis, præceptionibus autem ad prouinciarum rectores dirigendis, ad omnium notitiam faciat peruenire.

† Ex hoc §.extracta eſt aut. q̃ eſt ſup.l.j. C.de cõſti. pecu. & incipit, ſi quẽ

† Faciam.

Vt liceat

a ¶ VT LICEAT MATRI ET AVIAE ET ALIIS &c.
Hæc prima pars expeditur usq; ad. §. ad hoc autē & illud.

b ¶ Et alijs. *hæc expeditur ab inde per totum.*

c Diuersis capi. Disponere.] s. qd iuris sit in istis capitulis. Accurs.

d ¶ Quę lege.] vt. ī. de trien. & semis. §. j.

e ¶ Participium.] nā & iure veteri hoc licebat: vt. ff. ad trebel. l. imperator. & ff. de hære. in-
20 stit. l. quidam. licet non posset testator dicere vt illud castrensis esset pelij nisi illud esset verum vt. ff. de castren. pecul. si fortè. quæ est arg. cōtra: quia sic ibi quoddā falsum inducitur. sed hoc dic vt in summa huius tit. in princ. Sed nūquid
30 etiam in naturali debito hanc condictionem adijcere potest vt patri nō quæratur? Rñ. sic: cū in hoc filius non grauetur imo eius cōditio melior efficiatur: vt. C. de inof. testamē. l. filius matrem. Accur.

f ¶ Personę.] s. extraneę
40 relinquenti. Accurs.

g ¶ Disponere.] ergo & testamentū facere secundū quosdam: qđ nō puto: vt. ff. de dona. cau. mor. l. tam is. §. filiusfamiliàs. nā etiā in ꝓprietate aduentitiorū filius nō testaī: vt. C. de bo. q̄ liber. l fi. §. filijs aūt. Ac.
50 h ¶ Rebus talib⁹.] No. rebus dari curatorē vt & qñ patre recusante filius adit hæreditatem delatam ex aduentitia causa: vt. C. de bo. quæ liber. l. fi. §. sinautē patre non autem personæ datur: vt. C. de cur. fur. l. fi. in prin. Accur.

60 i ¶ Parentibus.] q̄ est. C. de bo. q̄ libe. l. cùm oportet. & sic not. hic casus in quibus vsusfruct⁹ in aduentitijs patri non ḡritur. Prim⁹ qñ sub hac cōditione relinquit vel datī à parēte vl ab extraneo: vt hîc. Secundus si pater remittat vsumfru-
70 ctum: vt. C. bo. q̄ li. l. cū oportet. §. finaūt. Terti⁹ in hereditate fratris vel sororis in quantacunq; parte admittit: vt. j. de bæredi. ab intestato. §. fi verò Quartus in hereditate quam adit filius patre nolente: vt. C. de bo. q̄ lib. l. fi. §. finaūt patre.
80 Quintus est in seruo filio legato vt eum manumittat: vt. C. de bo. q̄ li. l. fin. §. fi. Sextus in lucro dotis vel donationis propter nu. quā lucrifaciūt filius vel filiafa. vt. C. de bo. q̄ libe. l. non sine. Sed

TITVLVS XIII.

Vt liceat matri & auię & alijs parentibus post legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerint residuam facultātem suam disponere, & alia capitula plura.

¶ *Contra uoluntatem testatoris uel contrahentis, patri non acquiritur ususfructus. q. si testator nihil disposuit, aut à testatore electus decessit: iudiciarius cū cautione dabitur curator. Bal.*

Imperat. Iustinianus. a. Theodoto præfecto Orientalium prætoriorum.

Diuersis capitulis ad nos relatis, necessariūesse perspeximus generali hac lege disponere c. Sancimus igitur licentiam esse & matri & auiæ alijsq; parentibus postq̄ reliquerint filijs patrem quæ lege debetur qđ reliquū est suę substātię, siue insolidum voluerint, siue in partem, filio vel filiæ nepoti vel nepti & deinceps descendentibus donare, aut etiam per vltimam relinquere voluntatem sub hac definitione atq; cōditione, si voluerint, vt pater aut qui omnino eos habent in potestate, in his rebus neq; vsumfructū neq; quodlibet penit⁹ habeāt participiū c. Hoc enim & extraneis relinquere poterant: vnde nulla parentibus vtilitas nasceretur. Hoc itaq; nō solùm parentibus, sed etiam omni personæ flicere præcipimus. ¶ Res autē ita relictas siue donatas positis sub potestate personis si quidem perfectę sint ætatis: licet sub potestate sint, licentiam habeant quo voluntmodo disponere g. Si verò ętate minores sint: per quem perspexerit testatorautdonator, hęc gubernentur, donec illi quibus donata sunt aut relicta, ad perfectam ætatem veniant licentiam habēte testatore vel donatore & matri & auiæ horum q̄bus res collatę sunt, ipsarum rerum si voluerint gubernationē cōmittere: licet maritis iunctę sint memoratæ mulieres: ita tamē si & ipse huiusmodi gubernationē susc ipere voluerint. Si verò forsan is qui relinquit aut donat, nullū his dispensatorem ordinauerit, aut ab eo datus huiusmodi gubernationem subire noluerit, aut moriatur anteq̄ illi perfectæ fiant ętatis: iubemus iudicem cōpetentem curatorem fide dignū cum legitima fideiussiōe reb⁹ talibus h ordinare, q̄ debeat relictā talibus p̄sonis substantiā gubernare atq; custodire donec illi ad perfectā (sicut dictū est) ætatē perueniant. In illis enim casibus legē q̄ vsum parentibus p̄bet, volumus custodiri, q̄bus nō ineſt specialiter hmōi conditio.

¶ *Liberi de libera muliere nati, cum qua nuptiæ esse poterant, si à patre nominati fuerint filij nō adiecto hoc uerbo naturales, legitimi efficiūtur: & matrimonium inter illa uerba proferentem, & mulierem ex qua nati sunt, interceßisse monstratur. & si pater uni ex filijs talia uerba dixerit: omnibus prodest qui ex eadem matre sunt orti.*

¶ Ad hoc autem † & illud sancire perspeximus, vt si quis filium aut filiam habens de libera muliere, cū qua nuptię cōsistere possunt, dicat in instrumento siue publica siue p̄ pria manu conscripto & habente subscriptiōem trium testiū fide dignorū, siue in testamento, siue in gestis k monumentorū hunc, aut hāc filiū suū esse aut filiā, & nō adiecerit naturalē: huiusmodi filios esse legitimos, & nullā aliam p̄batione m ab ijs quæri, sed omni frui eos iure qđ legitimis filijs nostræ cōferūt leges: vt pote ipso patre (sicut dictum est) filios proprios eos vocante l. ex hoc enim & cū eorū matre ꝫ monstratur m legitimū habuisse matrimoniū: vt neq; ab ea p̄ nuptiarū fide alia p̄batio requiratur. Si autem pater ex ipsa muliere multos filios habens, vni ex eis testimoniū quodlibet ex prædictis præbuerit modis: sufficere ex eadē muliere natis n ad legitima iura patris testimonium vni datum.

¶ *Liberi nati ex nuptijs legitimè contractis licet nō solennibus, ad paternam hæreditatem pariter uocantur cum filijs natis ex nuptijs solenniter contractis: siue præcesserint eos, siue sequantur. Bartolus.*

¶ Hoc quoq; præsenti cōstitutioni perspeximus adijciendū, vt si quis ex nō scripto per affectū nuptialem vxorem acceperit, & ex ea filios procreauerit: soluto autem matrimonio contingat eum etiam aliam ducere coniugem cum dotalibus instrumentis, & ex ea similiter filios procurare: nullum circa paternam hæreditatem alijs filijs ex indotata cōiuge natis præiudicium fieri: sed cum alijs filijs ex secunda natis vxore, quæ cum dotalibus instrumentis copulata est, ad patris etiam illos hereditatem vocari, cū etiam ex solo affectu possit consistere o matrimoniū. qđ similiter valere volumus etiam si prius quidem cū dotalibus instrumentis iungatur aliquis vxori: post illam verò alteram ducat solo nuptiali affectu.

¶ *Maximis dignitatibus decorati usq; ad illustres inclusiuè & exclusiuè: sine dotalibus instrumentis nuptias nō possunt cōtrahere, exceptis Barbaris. Inferiores aūt cū dotalibus instrumentis & sine, nuptias cōtrahere possunt. Ang.*

¶ Quia verò † legem dudū protulimus P iubentem aut dotalia fieri documenta, aut alias probationes procedere factas apud ecclesię defensores, per quas nuptias cō petat cōfirmari, aut certè sacramenta p̄beri in p̄senti perspeximus melius disponere ea quæ de his pridē sancita sunt. Et p̄pterea iubemus eos, qui maximis dignitatibus decorati sunt, vsq; ad illustres q, non aliter nuptias

hoc nō placet. idem videtur in septimo. s. in rebus q̄ filio obuenīūt parentibus soluētibus matrimoniū sine causa rationabili: vt. j. vt nul. iu. §. quia verò aliqd. idem & in octauo qñ. s. vsusfr. filio relinquit. nam in
10 eo pater vsumfructum habere nō potest cū seruitus seruitutis &c. vt. ff. de ser. lega. l. j.

k ¶ In gestis.] in figura scilicet iudicij.

l ¶ Vocante.] Ex hoc no. q̄ patris p̄fessio iscripta valet ad legitimationem: vt hic, & argu. ī. q̄.
20 mo. na. effi. sui. §. si verò & §. generaliter. col. vij. sic & valet vt seruus liber fiat: vt. C. de iati. li. tol. §. simili quoq; mō. & inst. de adop. §. fi. & sic in inuentario p̄fessio inscriptis valet: vt. C. ar. tu. l. fi. & ad hoc. C. de non
30 nu. pec. l. generaliter. nō aūt prodest vt de extraneo filiꝰ efficiatur: vt in fi. de adop. in fi. & ff. de iure patro. l. caius seius.

m ¶ Monstratur.] id est fingitur. Accursius.

n ¶ Muliere natis.] no bñficiū vni datū, & alijs fil⁹ datū videri: vt. C. de diuer. re. l. j. &
40 C. de aduo. diuer. iud. l. restituendæ. §. ad hoc. & ff. de testa. tut. l. fi q̄s ita. in princ. Sed arg. contra. C. de transac. l. j. & ff. de iudi. l. cū prętor. in prin. & ff. de interro. act. l. ij.

o ¶ Cōsistere.] sine dote & sine instrumēto: vt hîc fuit, &. ī. qui. mo. na. soeffi. legi. §. pe. co. vj. &. ī. de nu. §. nuptias. co. iiij.

p ¶ Protulimus.] vt. ī. q̄. mo. na. effi. le. §. quātū verò in militijs. Accur.

q ¶ Ad illustres.] ĩclusiuè & desc ensiuè. Acc.

† Concor. cū hoc. §. c. per tnas. in glo. sup ꝫbo, appellauit. ante me. ibi, itē si pater filiū. extraq̄ fil. sint legitimi.

ꝫ manifestetur.

† Concor. cū hoc. §. gl. in. c. rainutius. superverbo, clarè. ī me. ibi, q̄ñq; tñ. extra de testa.

a ¶ Præcipimus.] not. qđ à principio valuit, nõ rumpit licet in eam cau
tam veniat à qua incipe
nõ põt: vt insti. qb. mod.
test. infir. §. furiosi. & de
leg. §. si quis debitori.

b ¶ Concedimus.] id est remittimus. Accursi.
10 c ¶ Decorati.] sed q̃re maius priuilegiũ eis cõcedit? Rñ. imo dedec' cũ inter viles computen
tur: vt. j. reliquos aũt &c. & intelligo hoc de illis Barbaris q nobis subiecti sunt. alias quomodo in eos. l. faceret? hic ergo subiugati erãt sub im
20 perio Romano. Accur.

Matrimonium ansi ne dote & scriptura valeat.

d ¶ Iubemus.] Hîc no. q matrimonium valet etiã sine scriptura & do te: vt hîc, &. s. proxi. not. hoc aũt fallit in trib' ca sibus. Primus in illustri bus & q supra eos sunt: vt in hoc. §. &. j eo. §. illo. Secũdus si aliquis in
30 dignitate posit' libertã in vxorẽ accipiat: vt s. vt liber. decç. §. fi quis aũt. col. vj. Terti' est si qs cõ cubinã in vxorẽ accipiat: vt. C. de nat. li. l. cũ qs. & vbicũq; lex de hoc facit mẽtionẽ. semp em̃ dicit cũ dotalibus. i. cũ dotẽ & instrumẽto. vl̃ certẽ hoc
40 fit ad filiorũ legitimationẽ, non aũt ad matri moniũ: qa & sine his va let: vt hîc dixi, & inst. de nup. §. fi. Itẽ est & alius, vt quando senicam vel aliquã meretricem quis accipit: vt. C. de nupt. l. imperialis. §. j. in fi.

e ¶ Quia vero leg̃.]
50 l. C. de rep. l. vlt. & s. de nu. §. fi qs enim. coll. nij.

f ¶ Dotalibus.] scilicet documentis.

g ¶ Legem decernen tem.] vt s. de exhibẽ. §. quoniam verò.

h ¶ Melius.] Not. ergo quòd corrigit vtrãq;, & sic nõ dicuntur esse con
60 trarię.

i ¶ In vtroq;.] s. quando eam reiecit, & quãdo prædecessit maritus.

k ¶ Habuerit.] scilicet mulier.

l ¶ Substantia viri.] s. quartã partẽ. s. si habet tres liberos vel paucio res. si verò plures: tũc vi
70 rilem, vt dictum est.

m ¶ Accipere.] s. quartam: vt in prin. huius. §. sed in alio casu accipit demum viro mortuo.

n ¶ Exclusa.] id est reie cta vel repulsa.

o ¶ In talibus.] Quæro an vtraq; p̃dictarum. ll. corrigat: illa. l. s. de nup.
80 §. si quis em̃. & illa. s. de exhib. §. quoniã verò. vt in neutro casu vir succe dat vxori? Quidã q sic. & pro eis est hæc litera quæ dicit talibus casib' quasi de vtroq; prædi ctorum faciat mentio-

celebrare, nisi dotalia scribãtur in strumenta: nisi tamen aliquis ante quã mereretur huiusmodi dignita tes, ex affectu solo duxit vxorem. ta les enim nuptias ante dignitates factas, & post dignitates legitimas manere ꝫ p̃cipimus[a], & ex his natos legitimos esse filios. Postq̃ verò honorati fuerint aliqui hu iusmodi dignitatibus: non aliter ducere vxores nisi cum dotalibus instrumentis. Hanc autem legis subtilitatem concedimus[b] subie ctis nostræ reipubli. Barbaris, li cet dignitatibus huiusmodi deco rati[c] sunt, vt etiã sub affectu pos sint ipsi volentes contrahere nu ptias. reliquos autem omnes præ ter eos qui maximis (sicut dictum est) dignitatibus decorati sunt, cu iuslibet sint dignitatis, aut militię aut studij, si quidem voluerint aut potuerint, non ꝓhibemus eos cum dotalib' instrumentis ducere vxo res. Si autem etiam hoc non custo dierint, & ex solo affectu celebra tas nuptias firmas esse sancimus, & ex eis natos, legitimos esse filios iubemus[d].

¶ *Vbi matrimonium est sine dote, & præmoriens est locuples: superstes laborans inopia ei succedit in quarta parte, quamuis tam ex illo quam ex alio matrimonio extent liberi minori tamen numero tribus: quia tunc cum eis pro uiri li succedit. Alexan.*

¶ Quia verò legem[e] dudum po suimus præcipientẽ, vt si quis vxo rem aliquando sine dotalibus[f] ac ceperit cum affectu solùm nuptia li, & hanc sine causa legibus agni ta proiecerit accipere eam quartã partem substantię eius, & aliã post hãc fecimus legem decernẽtem[g], si quis in dotatam vxorem per affe ctum solum acceperit, & vsque ad mortem cũ ea viuens, præmoriat̃, accipere similiter & eam quartã il lius substãtię portionem: ita tamẽ, vt nõ transcendat hoc centum li brarum auri quantitatem: in præ senti melius[h] vtranq; legem dispo nẽntes, sancimus in vtroq;[i] casu ex talibus matrimonijs natos fi lios, legitimos esse, & ad paternã vocari hæreditatem: vxorẽ autem ex vtroq; horum casuum, si quidẽ vsq; ad tres habuerit[k] filios eius vir, siue exea, siue ex alio matrimo nio, quartam partem ex substantia viri[l] accipere. Si autem amplius fuerint filij: tantũ in vtroq; simili ter casu accipere[m] iubemus mulie rem, quantũ vni cõpetit filiorum ita quippe vt vsum solũ in talibus rebus mulier habeat: dominium aũt illis filijs seruetur quos ex ipsis nuptijs habuerit. Si verò talis muli er filios ex eo nõ habuerit. iubem' etiã dñij iure habere eã res quas ex viri facultatib' ad eam venire per presentẽ iussimus legẽ. Quæ tñ ir rationabiliter exclusa[n] est: in ipso tpe expulsionis partem iubem' ac cipere quæ continẽt hac lege. Vi rũ enim in talibus[o] casibus quartã secundũ priorem nostrã legem ex substãtia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus. Illo indu bitanter obseruãdo, vt Leonis pię memoriæ constitutio in omnibus alijs casibus q nõ continentur præ sentilege, ꝓpriam habeat fortitu dinem. Constantini verò piæ me moriæ legem ad Gregoriũ scriptã & super ea factam interpretationẽ à Martiano piæ memoriæ, p quã mulierum coniunctiones (quas Constantini lex abiectas vocauit) ad quosdam dignitatibus decora tos, ꝓhibentur: nullo penitus mo do valere permittimus[p]: sed licen tiam volentibus prebemus (etsi q buslibet magnis dignitatibus de corentur) huiusmodi mulieres cũ dotalibus instrumentis sibimet co pulare. Reliqui verò citra eos, qui maioribus dignitatibus decorati sunt, licentiam habebunt huiusmo di mulieres accipere, siue scripto voluerint, siue solo affectu nuptia li: si tamen liberę sint, & cum qui bus liceat nuptias celebrare.

¶ *Diuortio celebrato liberi ad parentũ hæreditatem nihilominus uocãtur: & alendi sunt apud parentem qui diuortij causam non præstitit, expensis alterius parentis cõmittentis causam diuortij: nisi alius inops sit. tunc enim apud diuitẽ alendi sunt: his pariter obtinentibus in parentibus & liberis. Bartolus.*

¶ Illud quoq; † disponendum esse ꝑspeximus, vt si quando inter maritũ & vxorem nuptias solui con tigerit: ex huiusmodi nati filij, nul lo modo lædant̃ ex separatione nu ptiarum, sed ad parentũ hæreditatem vocent̃, ex patris substantia in dubitanter alendi. Et si quidem pa ter occasionem separationis præ beat, & mater ad secundas nõ vene rit nuptias[q]: apud matrẽ[r] nutrian tur, expensas patre prebẽte. Si ve rò p causam matris ostendatur so lutũ matrimoniũ: tũc apud patrẽ maneant filij & alantur[s]. Si aũt cõ tigerit patrem quidem minus ido neum esse, matrem verò locuple tem: apud eam pauperes filios ma nere, & ab ea nutriri iubem'. Quẽ admodum † enim filij locupletes coguntur matrem egentem[t] ale re: ita iustum esse decernimus & à matre locuplete filios pasci[v].

nem. Tu dic quod tan tùm illã de nuptijs cor rigit in eo quod de vi ro dicit hîc: vt patet sta tim cùm dicit secũdùm hãc priorẽ nostrã: nã de illa de nup. dicit: sed cor rigit per aliã quæ dicit nõ distinguendũ hoc ca
10 su quãdo vnus aliũ sic reijcit: vt. j. vt fra. fi. §. fi. coll. ix. & facit ad hunc §. j. vt nul. iu. §. & si quã do. &. C. de secun. nupt. l. cum alijs. Item quæ ro hîc quid si nullus fi liorum est, sed ascenden tes? Rñ. præfertur vxor in summa centum aureo
20 rum: vt etiam ꝓprietatem habeat: in alijs reb' præferũnt parentes vxo ri: vt. C. vnde vir & vxo. l. j. Item quid si nullus descendentium vel ascẽdentium est, sed tantùm trãsuersales? Respõ. vxo rem quasi in reaecrescen di in totum vocari, secũ
30 dùm Bul. Sed Pla. contra & verum dicit per p. d. l. j. vnde vir & vxor.

p ¶ Permittimus] ꝓdi ctas cõstitutiones nõ habem'. nam lex illa. C. de inoff. nup. l. humilem. q hoc dicit, est Valentini, nõ alicuius istorũ nõ au tẽ placet vt dicas log de
40 ea q̃ est. C. de pa. cõuẽ. l. ex morte. qa illa nihil de hac materia dicit.

q ¶ Non venerit nuptias] secus si veniret: quia tunc non nutriren tur apud eum: vt. C. vbi pup. edu. de. l. j.

r ¶ Matrẽ.] quomodo hoc, cũ dicat ius q̃ sunt
50 alendi vbi pater insit: vt. ff. de vent. inspi. l. j. §. apud eum? Rñ. ibi dicit quãdo pater decesserat, hîc quando viuebat. Itẽ hîc præfinit causam di uortij, quod ibi nõ fuit.

s ¶ Alantur.] addit Ir nerius matris locupletis expensis.

60 t ¶ Egentem.] secus si locuples: vt. ff. de libe. agno. l. si quis à liberis. §. si impubes. &. l. vlti.

v ¶ Filios pasci.] Nota alimenta hincinde in ne cessitatibus præstari: vt hîc, &. C. de ali. præstan. à pa. l. j. &. ij. &. iij. &. s. neq; virum quod ex do.
70 §. fi. colla. viij. &. s. qui. mod. natu. effi. sui. §. pe nul. colla. vij. &. ff. de li ber. agnoscen. l. si quis à liberis. &. C. de bon. quæ libe. l. fi. §. hoc proculdu bio. Item not. haberi di sunctionem personarum
80 apud quem debeant es se: vt hîc, &. C. diuor. sa apud quem liber. l. j. & C. vbi pup. edu. de. l. j. & s. de nupt §. eius. &. C. de patr. po. l. filia. Hoc ta men not. quod vsque ad triennium mater alere pol. p. adul debet: vt. C. de pa. po. l. ter. vbi est penultima.

† Concor. in. c. ij. in glo. l. super verbo, nisi dicit. post med. extra de cõuer. infi. vbi re citatur ca sus hui'. §. Aliméta hincinde i necessitati b' filijs ꝓ stantur.

† Concor. c. cũ habe ret. in glo. fi. post me di. extra eo q dux. in ma quã triennium

In veteribus

Quod autem de alenda matre & filijs indigentibus definiuimus, hoc quoque in omnibus ascendentibus descendentibusque personis vtriusque naturæ valere præcipimus.

¶ *Marito atq; uxori diuortium celebrare permittitur ex causis hic enumeratis. Bar.*

i  Mnes. Supfundũt.] i. locupletantur. R. & dic edicti de legib⁹ ꝙ ſunt. ſ. 50 titu. ij. l. j. & ij. quæ ſunt cõſtantini, vt iſta. Vel dic ꝙ nonhabemus.

k ¶ Si quãdo.] aſs ſi qñ. aliãs ſiquam dum &c.

l ¶ Parſimonia.] abundat ſi. Et not. parſimonia ſic. & ſ. de epiſco. & cleri. l. ij. & ff. de pec. l. peculiũ ex eo.

60 m ¶ Precipim⁹.] vt. ſ. de bo. quę lib. l. pe. & fa. ſ. de aſſeſſ. l. veluc. & de adno. diuer. iu. l. fori. & de inof. teſta. l. fi. & de ſilen. l. fi. & de epiſc. & cle. l. cũ lex. & l. ſacroſanctę. & ſ. tit. j. l. ij. in fi. & de bo. po. ex teſt. mi. l. j. & famil. erc. ſi filius. & ff. de col. bo. l. 70 ſi. § nec caſtrenſe.

n ¶ Signa noſtra.] ga ſtãt nobiſcũ, & ſequunt nos: licet nõ ſint in caſtris ꝙ facit fieri alicui p aliquẽ ducẽ belli: vt j. de re mili. l. nemo miles. Item no. de puluere.

o ¶ DE EQVED. 80 Omnibus præcedentibus.

Quites. Romanos.] q Romã. cuſtodiũt. nã & illi habẽtur p abſentib⁹ rei publicę cauſa: vt. ff. ex q. cau. mat. l. milites. Et dic ꝙ aliqui prẽſidẽtes aliis erant: non enim ſimplex militia eſt dignitas: vt. j. tit. ij. l. fi. in princip. Acc.

Militia ſimplex nõ eſt dignitas.

q ¶ Clariſſimatus.] i. conſulatus: vt. ſ. de do. & pro. l. ij.

r ¶ DE PERFECTI. 90 DIGNITATE &c. *Dignitas erat ſorte ut eſſet dictus perfectiſſimus miles.*

s  Odicillis. Negotio. vili.

t Honorẽ.] ſ. iſtũ. probitate ergo daſ, nõ pretio. ſic. ſ. đ epi. & cleri. l. ſi quenquã.

20 v ¶ Alicuius.] priuati ſine aliquo vili offo: vt. ſ. de dig. l. ne qs. & fa. ſ. de agen. in re. l. agẽtes. §. j.

x ¶ QVI MI. POS. *De armata militia loquitur: & de hac prima parte legitur. j. e. l. j. ij. iij. & iiij.*

y ¶ Et de ſeruis.] de hoc j. eo. l. pe. & vlti.

o z ¶ Et vt nemo.] de hoc. j. eo. l. eis.

a  I militię. ijs.] ſ. magiſtro militũ, & ducib⁹: vt. titu. ij. l. penulti.

b ¶ Habẽt.] ſ. debitis. vl habeas offerre. nec tñ ſine ꝓbatoria principis agregãt: vt. j. ti. iij. l. neminẽ. aſs non militet: vt. in aut. de man. princ. §. fin. col. iij. & facit. ſ. de fabri. l. iij.

c ¶ Litis.] ſ. vitãdę: vt. ff. de ae mi. l. iij. §. nõ oĩs. & l. fi. & fa. ſ. ſi propter pu. l. j. & de ta. l. j. & de dec. l. qui derelictã. & l. neqs ſo & l. omnes. & ſ. de proc. l. maritus. §. j. & j. l. prox.

d  On tantũ. Diſplicuit.] vt. ff. de mu. & hono. l. iij. §. fin. & facit. ſ. l. proxi. cũ ſuis cõcord.

e  Vra. Saltuẽſes.] ꝓdiorũ cõductores coloni pratorũ ſaltuẽſes 60 dicũtur: vt. ſ. de fun. pa. l. fina. in princ. & fa ſ. de agric. & cen. l. colonos. & de fugit. colo. l. j. & fi. & de man. l. iij.

f  Mnes. Arripiãt.] facit. ſ. vbi cu. vel cohor. l. j. & ij. & ſ. d e tabu. ſeri. l. j. & ſ. eo.

TITVLVS XXXII.

De equeſtri dignitate.

1 mp. Iuſtinia. a. LEX VNICA.

Quites Romanos p ſecundũ gradũ poſt clariſſimat⁹ q dignitatem obtinere iubemus

TITVLVS XXXIII.

De perfectiſsimatus dignitate r.

1 mp. Iuſtinianus. a. LEX VNICA.

Odicillis perfectiſſimatus fruẽtur qui impetrauerũt, ſi ab horreãt à cõditione ſeruili vel fiſco: aut curię obnoxij nõ ſint, vel ſi piſtores nõ fuerint, vel nõ aliquo negotio ſ cõſtiterint, nec ſibi honorẽ t vænali ſuffragio emerint, nec rem alicuius v adminiſtrauerint.

TITVLVS XXXIIII.

Qui militare x poſsũt vel nõ poſsunt: & de ſeruis y ad militiã vel dignitatem aſpirãtibus: & vt nemo z duplici militia, vel dignitate & militia ſimul vtatur.

¶ *Volentes militare ſe debẽt etiã offerre ei qui habet ius probandi, ſcilicet officiorũ magiſtro. Itẽ nullus cauſa litis uitã de militare põt. Bart.*

1 mpp. Seuerus & Anton. aa. LEX I.

I militię nomẽ dare vultis, offerte vos ijs a qui probãdi ius habent o. Nõ autem ignoratis eos quilitis c cãmilitiã appetierunt: poſtulãtibus aduerſarijs ſolui ſacramento ſolere.

¶ *In fraudẽ ciuiliũ munerũ nullus armatæ militiæ nomen poteſt aſſumere. Barto.* 1 mp. Alexander. a. LEX II.

NOn tãtũ decurionũ filijs, ſed oĩbus in fraude ciuiltũ munerũ, nomina armatæ militiæ dantibus, fraudem prodeſſe diſplicuit d.

¶ *Colõi uel ſaltuẽſes ad militiã armatã uolẽtes uel inuiti nõ ſunt admittẽdi. B.*

1 mperatores Diocle. & Maximianus. aa. LEX III.

CVra puigili obſeruare debe vit ſublimitas tua, ne coloni vel ſaltuẽſes c aut vltro ſe offerẽtes ad militiam ſuſcipiantur armatam, aut cogantur inuiti.

¶ *Curialis uel cohortalis cõditiõis exiſtẽs, ad armatã militiã nõ aſſumit. B.*

1 mp. Leo. a. LEX IIII.

OMnes oĩno curialis vel cohortalis cõditiõis cõſtituti, nullã armatã militiã in poſterũ arripiãt f.

tit.lij.cũ ſuis cõcor.Ac.

a Is quidẽ.]aliàs eis. aliàs iis.

b Abſectis.]i.ſeparatis.ſedvaleret hoc ſi ſeparatimpoſſet vti:vt.j.§.fi. Accurſius.

† Mereãt ſortè: aut certè,vtãtur.

c Ordinis.]ſ.militiæ armatę vel inermis vt ſoſubijcit.

d Militijs.]no.ſ deaſſeſſ.l.fi.& de poſtu.l.quiſquis.&.ſ.de pxi.ſacr.ſcri.l. hac parte.cũſuisconcor. &.ff.de coll.illi.l.j.§.ij.

e Infructuoſa.]not. puniri affectũ &ſi nõ ſequatur effectus.ſic.ſ.delegi.& cõſti.l.ij.in fi.& in

† Facitad hoc .c. de multa.extra de prębẽ.lib. vj. vbi dicit ſ nullus põt retinere duas dignitates.

2olẽbar.de cõſi.mor.l.ſiqs & ne.ad regem.ne.in fi. l.iij.arg.contra.ff.qđ qſq; iur.l.j.§.fina.

f Suſceperint.]iudices ad quos deuenerunt: vt.ſ.de preci.imp.offer. l.reſcripta.facit.j.ſi nu ex reſcrip.pe.l.j.in fin.& de pe.bo.ſubl.l.j.&.ſ.vt lit.

3open.l.ij.& fi.& in auẽ.vt omnes obe.iudi.coll.ij.

g Reſtiterint.]No.ſic ſ.de decu.l.omnes.& de appel.quoniam.

h Gradus.]i.ordoquẽ percipient ante ſuſceptã adminiſtrationem.M. & repete fuerint ſortiti.

i Parem.]ſ.qualẽ di-

4oxit.ſ.ea.l.in prin.ibi,detur electio &c.

k Quem.]ſ.titulum.

l Vẽrũ.]pſed.& eſtal's deſiſtente.& aliàs deſiſtendo,& aliàs di.& idẽ eſt ſenſus.

m Monẽte.]aſs monente,& alıàs moderãte.

n Conferendi.]i.conferre:ad qđ.ſ.de ino.te. l.omnimodo.§.fin.& de pig.l.vlti.& in auẽ.ibipoſita.&.ſ.de proxi.ia.ſcri. l.vnicuiq;.&.l.in ſacris.

o Conſequẽdi.]id eſt conſequi.

p Aſecretis.]nomen officij.

q Quos.]ſcilicet prę

6odictosomnes.

r Iungũtur.]ſ.plegẽ ſcriptã nõ p priuilegium principis viuẽtis.& no.p hanc legẽ nõ licere habere duas prębendas.

Duas p bẽdas habere non licet.

s Vperſeruis. meruerint.no.q lex facit liberũ.ſic in auẽ.de ſan.epiſ ſi ſeruus.coll.ix.

7o& de nupt.§.ſi verò ab. col.iuj.& de mo.§.j.coll. j.& de bo.lib.l.fi.in fin. &.ſ.de prepo.ſac.cu.l.iubemus.in prin.Sed cõtra ff.de re mil.t.l.alienã.vbi nõ fit liber.Sol.hic corrigit:vel dicerat electus: ibi ſua authoritate vſurpauit.Itẽ contra.ſ.de ta. generali.Sol.vt.j.l.prox.

Ignorãtia pbatur eò q contra nõ probatur.

t Oſtendere.]Not.pbari ignorãtiã eoipſo q̃ contra non pr̃obatur.ſic &.ff.de acc.l.ſi cui.§.j.q̃libet enim ignorãs præſumitur:vt.ff.de probat. l.verius.& infrà.de le.§.

g *Duas militias diuerſi generis,aut dignitatem & militiam eodẽ tempore quis habere non põt: ſecus ſi ad idem tendant.Barto.*

I mp.Iuſtinianus.a. LEX.V.

Is quidem[a] quibus indultum hactenus demonſtratur quo binis aut ternis pluriſvè mereantur† cingulis,non coniunctis ex priſca conſuetudine,ſed abſectis[b] atq; diſcrepantibus,detur electio quem retinendum ſibi potius cenſeant, quem deſerendũ cognoſcãt:vt in eo qđ optaueirnt,firmiternaneãt: eò qđ deſpexerint,ſine dubitatione repellantur†.In poſterum verò nemini prorſus facultas pateat eodẽ tẽpore pluſquã vnius,ordinis[c] nomen affectare:interdicendis in cõmune cũctis(vt dictũ eſt)binis pluribuſvè militijs[d],nec dignitatem coniũgere cuilibet alij cingulo cõcedendis:vt & qui ſupplicandum de re vẽtita nobis exiſtimauerint,pœna decem librarũ auri pro temeritate quamuis infructuoſa[e] plectãtur: & qui ſuſceperint[f] iuſſionẽ auguſtã per ſurreptionẽ elicitã(qđ nonnunquã contingit).x. librarũ auri multa feriantur:ſcrinijs etiã necnon officijs quorum hoc interſit,ſi non reſtiterint[g],& hanc pragmaticam legem abiecerint,decem librarum auri diſpẽdio puniendis.¶Si quid autẽ contra hoc perpetretur: ſciant omnes,qđ extra conceſſum admiſſumeſt,aut actum fuerit,vel notis conſcriptũ publicis,ſimile habeatur ac ſi nec impetratũ nec pronũciatum omnino nec inſertum eſſet vllis matriculis ſcituris etiã omnibus qui merentes in ordinibus armatis ſiue ciuilibus adminiſtrãdas prouincias, ſeu gerendos quoslibet numeros, vel iam ſunt ſeu decętero fuerint iuſſione noſtra ſortiti:vt ſeruetur eis gradus h auguſta p meritis ſanctione,parẽ i indulgendã ſibi licẽtiã poſtquã depoſuerint ſolicitudine,aut in priori cingulo p̃tinus perſiſtendi,nullo vendicãdo titulo dignitatis quã ſolicitudo media præiterit:aut retinẽdi ſplendorẽ quem[k] acquiſierint adminiſtrationis obtentu.Verum l priore cingulo deſiſtendi(monẽte[m] tñ innata nobis clementia)liberum eſſe cunctis perſpeximus:ſi militia qua decedendum eſt, inter eas habeatur quas volẽtibus licet diſtrahere: & in alios eam conferẽdi[n],& pretia cõſequendi[o]:prout in ijſdẽ agminibus conſueuerit hactenus:excipiendis videlicet,nec deducendis in hanc perpetuo conſeruandam legem pragmaticam,ijs qui binas militias ſimul compoſitas,& ſociali nexas conſortio fuerint aſſecuti:vt in viris deuotiſsimis ſcholaribus atq; candidatis fieri moris eſt:necnon in viris deuotis latercu lenſibus & pragmaticarijs vel à ſecretis[p] cõtingit:quos[q] memorialium aut etiam agentiũ in rebus adornat cingulum:& ſi qui ſimili v ſtipendiorum iungũtur[r] copula.

g *Dominus patiẽs ſeruum militare:dominio, priuabitur,& iure patronatus.ſed ſi eo ignorante ſeruus militiam fuerit adeptus:tunc intra triginta dies tantum ex quo ſciuerit,datur ſibi eũ uendicandi poteſtas.Bartolus.*

I mp.Iuſtinianus.a. LEX.VI.

SVperſeruis qui poſtea adquãdam militiam aſpirare tentauerint vel ſcientibus vel ignorantibus dominis,præcipimus ſiquidẽ ignorãtibus his eã meruerint[s] licere dominis adire competentem iudicem,& ſuam ignorantiam(eò quòd contrarium minime† proba tur) oſtendere[t], eoque modo ſpoliatos eos militia in ſuum dominium trahere.Si verò ſcientibus his ſerui militauerint[v]:cadere quidem eos non tantũm dominio eorum,ſed etiam omni patronatus iure:illos verò ingenuos effectos, ſiquidem vtiles ad militiam eis data tam,viſi fuerint,in ea durare:ſinverò minime idonei ſint,ea priuari.¶Super illis autem ſeruis qui iam militauerunt,& adhuc in eadem militia pſeuerãt,licentiã damus dñis intra triginta dierũ ſpatium ab eo tempore connumerandorum quo præſens ſanctio diuulgata fuerit,vel noſtram adire clementiã, vel competentes iudices: & ſuam ignorantiam cõmendare,eoſque in ſuum dominium recipere,quo tempore trãſacto,ſimili modo tam dominio quã omni patronatus iure cadere eos neceſſeeſt.

g *Dñs patiẽs ſeruũ in dignitate eſſe,priuabitur dominio & iure patronatus ſed ſi eo ignorante ſeruus ipſam fuerit adeptus, tunc intra triginta dies tantum ex quo ſciuerit datur ſibi uendicandi poteſtas.Barto.*

I dem Auguſtus. LEX.VII.

SI quis ſeruum ſuum dignitatem habere, quemadmodum militiam,fuerit paſſus:ſpolietur & dominio ſerui[x], & iure quod pertinet ad patronos.Cui eñ ferendum eſt homines à noſtra manu donationes accipientes[y],adhuc inter ſeruos haberi,& fortè cum ſuis dominis noſtram purpuram adorãtes?In ijs itaque caſibus in quibus non militia ſed dignitas volentibus dominis ſeruis acquiritur:eadem iura ſeruentur,quæ antea poſita ſunt:ne videatur noſtra ſanctio aliquid habere imperfectum[z].Sciant autem domini ad exemplũ præteritę[a] noſtræ conſtitutionis quæ de huiuſmodi ſeruis loquitur,quod niſi hoc intra triginta dies ex quo eis hoc fuerit notum[b] manifeſtauerint, & competentem iudicem adierint, & ſpoliare eos dignitatibus curauerint,dominium eorũ & ius patronatus amittãt: nobis deliberantibus poſtquã dominio ſerui fuerint liberati, & inter ingenuos connumerati,ſi oportet eos habere dignitatem,vel ea quaſi indignos ſpoliari[c].

TITVLVS XXXV.

Negotiatores ne militent.

Negotiatoribus

qđ aũt.&.ff.de admi.tu. l.hoc aũt.&.ſ.de præpo. ſac. cu.l.iubemus. in fi. &.ſ.de peti. hęr.l. qui ſe. Itẽ qđ dicitur probatur, quomodo pbat re'? Rñ. quia excipit aſſerẽdo .ff. đ proba.l.in exceptiõib' Item eſt ei mos gerẽdus:

10vt.ff.de proba.l.circa. & facit.ſ.de libe.cauſa.l. nõ mutant.

v Militauerint.]tẽpore huius.l. & facit ad l.in auẽ.cõſti.qnę de di. §.j.&.ſ.ne rei domi.vel templo.l.j.& j l.proxi.

x Si quis. Domino ſerui.]hæc lex facit

20liberũ:vt.ſ.l.proxi.cum ſimilibus.Sed cõtra.ſ.de ta.l.generali.Sol.illa tra hitur ad iſtã:imo ibimus,hic dignitas.

y Accipiẽtes.]nã donamus noſtris militibus ſtipendia & alia:vt.ſ.de caſtren.om. palat.pe.l.j.

30&.j.titu.ij.l.j.

z Imperfectũ.]ad hoc.ſ.ad ſyl.l.fina.

† Cõcor. c.j.cũ gl. ſup verb. mortis,extra de his quę vimeve cauſa fiunt.

a Præteritę.]vt.ſ.l. proxima.

b Notũ.]not.ſic.ff.qñ ap.ſit.l.j.§.fin.&.l.fin.& ff.de cal.l.annus.& de ex cu.tu.l. qnquaginta.Ac.

c Spoliari.]armata

40vel inermi militia:vt.j. titul.j.l.j.

¶NEGOTIATO. NEMILITENT.

a OS. Ergasterio.] id est stationi quasi negotiationi.

b ¶ Prohibem⁹. hoc nō nobilitatis defectu. nam & libert⁹ militat: vt. ff. d teſt. mi. l. ſi duob⁹. & de bo. li. l. fi fili⁹. §. papinian⁹. & .ſ. tit. j. l. pe. ſed quaſi ex vili offō nō debeant aſſumi: vt .ſ. de di. l. neq; & de pfectiſſima dignitate. l. j. & j. de cohort. l. ante pe. & per idqđ ſubijcit argentarijs, quaſi nō ſit hoc vile offiñ: vt .ſ. tit. j. oēs. qa ſemper ibi animū ſohñt. ar. ſ. lo. l. milites. Sed cōtra. ſ. de iu. om. iu. l. vl. vbi negotiatores militāt. Sol. hoc nouū: illud vetus. nā hic dicit de cætero. Vel ſolu. vt ibi.

c ¶ Hos enim-] vt ſunt cęteri pręter argētarios.

d ¶ Iam.] ante hanc legem.

e ¶ Extructionē.] qa arma faciūt, vel facta vſui coaptāt. & facit ad. l. ſ. de aduo. dt. iu. l. ne quis &. ſ. de pign. l. fin. &. ſ. de agen. in re. l. agētes. §. exceptis. &. ſ. in q. cau. mi. fo. pręl. j. &. ſ. de fa. l. iij. & qđ not. ſ. qui. ex cauſ. 40 maio. l. vlti.

¶ DE RE MILIT.

f STipēdia. & donatiua.] Ponit pro eodem vel quia quandoq; vltra ſtipendia contulit præſentibus.

g ¶ Non iure.] qa cauſa ſofacti nōcōtinet poſtlimi nio: vt. ff. ex q. cau. mai. l. deni q. ſ. Sed cōtra. ff. eo. l. iij. §. is qđ hoſtes, in fi. §. &. l. nō oēs. §. pe. & l. pe. Sol. hic fuit captus præſidio ibi ex improuiſo dū iter facit aut epiſtolam fert. vel ibi ex ſpāli indulgētia principis nō cōi coiure: vt dicitur in deſerto re: vt. j. e. l. cū allegatis. & ff. eo. qui excubias: & facit. ſ. de domeſtic. l. vlti.

h VIginti.] ſcilicet annorum.

i ¶ Sordida.] ſ. patrimonialia: ſed honeſta ſubibitis. vt ff. de priuil. vete. l. ij. §. fina. ſed à perſonali 70bus excuſantur: vt ſ. de his quinon imple. ſtipē. l. penul.

k MIlites. Miſsi.] cū coniunctio cauſalis.

l ¶ Vti poſſunt.] vt. ſ. de his qui nō imple. ſti. l. j. & de infa. l. j. li. x. & de digni. l. neq;. &. l. iudices 80 & đ al. l. liberti. & de in. l. cū prętor. §. nō omnes. &. ff. de his qui not. infa. l. ij. §. ignominia. Accur.

m ¶ Arguātur. ſ. Romę & etiam alibi vbi ſit imperator, non ſtabunt: vt

¶ Negotiatoribus eſt omnis militaris dignitas interdicta exceptis argēti diſtractoribus, qui nō ad armatā militiā, ſed ad aliamquācunq; accedere poſſunt. Qui uerò ante hāc legē aſſumpſerūt illā retinere poſſunt, dumtamen à negotiatione ſe abſtineāt, aliàs militia priuarētur. armorū tamen conſtructores militiā obtinere, & ſuam negotiationem retinere ualent. Ioā. de pla.

Imp. Iuſtinianus. a. LEX. I.

EOs q vel in hac almavrbe, vel in pum cijs cuidam ergaſterio [a] pſunt: militare decætero prohibemus [b], exceptis argēti diſtractoribus qui in hac almavrbe negotiātur. Hos em̄ [c], vt pote vtiles oīb⁹ cōtractibus, armata quidē militia penitus abſtinere ſancimus: aliam verō quācūq; ſine metu præſentis ſanctionis poſſe ſibi acquirere. Si qui verò negotiatores quos omni militia phibuimus, iā [d] militarūt. eis licētiā dam⁹ negotiationē qđē relinquere, militiā verò retinere: ſciētib⁹ q̄ ſi poſtea negotiātes appareāt, militia priuabūtur. Qđ & in argēti diſtractorib⁹ huius almę vrbis, ſi armatā militiā iam ſortiti ſunt tenere volumus: vt relicta negotiatiōe liceat eis in eadē militia durare. Negotiantes etenim poſt hāc ſanctionē, hmōi militia priuabunt̄: illis quiad armorū extructionē [e] ſuā pfeſsionē cōtulerint, minimè phibendis ad cōpetentē ſuę pfeſsiōis venire militiā, & hmōi negotiationē nihilomin⁹ retinere.

TITVLVS XXXVI.

De re militari.

¶ Miles captus ab hoſtibus dū ibi eſt, ſtipendiū uel donarium habere non poteſt. Barto.

Imp. Antoninus. a. LEX. I.

STipēdia & donatiua [f] tpis quo apđ hoſtes fuiſſe te dicis, reſtituti tibi poſtlimi nio regreſſo reſtituto q; non iure [g] deſideras.

Idem Auguſtus. LEX. II.

VIginti [h] ſtipēdia ſi impleſtis ſordida [i] munera vobis non indicentur.

¶ Miſſus á militia ignominiæ cauſa, eſt infamis: & dignitatē cōſequi nō pōt: morari tamē pōt ubiq; præterquā in locis interdictis. Bartolus.

Idem Auguſtus. LEX. III.

MIlites ignominia miſsi [k] cū infamia notātur, nullis honoribus q̄ integræ dignitatis hoī bus deferri ſolēt, vti poſſunt [l], habeāt aūt morādi vbi velint poteſtatem præterquā in eis locis in quib⁹ ſpecialiter arguantur [m].

¶ Bona militis deſerentis in deſertione defuncti confiſcantur. Bartolus.

Imp. Alexander. a. LEX. IIII.

DEfunctorū in deſertiōe bona cōfiſcari Diu⁹ Marc⁹ & Antoninus pater meus conſtituit [n].

¶ Deſertor indulgentia principis reſtitutus nō habetur pro tēpore quo deſeruit, perinde ac ſi militaſſet in caſtris: & ideo pro illo tempore ſtipendium non petit. Bartolus.

Imp. Gordianus. a. LEX. V.

CVm allegatis ſeptē annos in deſertione egiſſe maritū ſororis veſtrę, & indulgētia noſtra eſſe reſtitutū: nō rectè deſideratis vt id tēpus, ac ſi in caſtris fuerit, habeāt [o]. Proinde excepto eo tpe qđ ad deſertores ptinet, reſtitut⁹ ex indulgētia noſtra, reſiduo militare debebit: ideoq; neceſſe pē diatempo ris quo in deſertione fuit, exigere poterit [p].

¶ Miſſus à militia ex cauſa ægritudinis, factus ſanus inſtaurādus nō eſt: tanē mitti non debet ni ſi medicis hoc denunciantibus, & iudice hoc inquirente Bartolus.

Idem Auguſtus. LEX. VI.

SEmel cauſaria miſsis militib⁹, inſtauratio nō ſolet concedi [q] obtētu recuperatæ valetudinis melioris: qñ [r] nō temere dimittātur, niſi quos cōſtet medicis [s] denūciātibus & iudice cōpetēti diligenter examināte, vitiū [t] contraxiſſe.

¶ Dānatus de crimine militari miles exiſtēs nō infamatur etiam factus ueteranus. Bart.

Idem Auguſtus. LEX. VII.

FRuſtra [v] vereris ne nota [x] quæ propter delictū militare interceſsit, exiſtimationē [y] tuā [z] iam veterani [a] læſiſſe videat̄: maximè cū nec ex eo delicto quod in paganorum poteſt cadere perſonam, notatos milites poſt miſsionem placuerit eſſe famoſos.

Imp. Philippus. a. LEX. VIII.

CAuſaria miſſus, nulla exiſtimationis macula aſpergitur [b].

¶ Dans operā ut Barbari Romanos deprædentur, uel prædam factā cum eis diuidens, uiuus cōburitur. Bartol.

Imp. Conſtātinus. a. LEX. IX.

SIquis Barbaris ſcelerata factione facultatem deprædationis in Romanos dederit [c], vel ſiquis alio modo factam [d] diuiſerit [e]: viuus comburatur.

¶ Miles qui á principe maruit ſuā familiā ad ſe uenire: cōiugē ſuā poteſt facere uenire. Bartol.

Idem Auguſtus. LEX. X.

QVicūque militum ex noſtra authoritate familias ſuas ad ſe venire meruerint: non amplius quàm coniuges [f], liberos ſeruos etiam de peculio caſtrenſi

ff. de his qui no. inf. l. ij. §. ignominia. & de excuſ. tu. ſed & milites. §. ſed & ignominia. &. ff. e. l. milites. §. miſsionum. Acc.

n DEfunctorū. Cōſtituit.] ſed & viuēti dēſertori pœna imponit. qđ dic vt. ff. e. l. nō 100 ōs. per totū. &. l. pe. ſ. qñ li. vni. ſi. iudi. ſe vindi. l. ij. &. j. l. proxi.

o CVm allegatis. Habeatur. vt. ff. e. l. iij. §. qui militię. &. l. pe. Sed ar. cōtra. ff. de ali. & cib. leg. l. is cui. Sol. ibi ſpeciale in alimentis: vt ff. de his qui pro nō ſcri. 20 ha. l. ſi in metallū.

Alimēto rum cauſa priuilegia ta eſt.

p ¶ Poterit.] ſ. e. l. j. &. ſ. de decu. l. ne quis. in fin.

q ¶ Emel. Concedi.] ſine auguſti affatibus vt. j. de diuer. offic. l. ij. &. ar. j. de cohor. l. ſiquis.

r ¶ Quādo.] pro quia.

s ¶ Medicis.] Not. conſulendos qui ſciūt. ſic & 30 in aut. de non alienan. §. quod autem.

t ¶ Vitiū.] animi vel corporis: vt &. ff. e. l. milites. §. miſsionū. licet vitium nō fit ppriè corporis, ſed vnū p altero ponitur: vt ff. de ędili. edict. l. j. §. ſed ſciendum.

v FRuſtra.] miles dā natus crimine mili- 40 otari vł cōi nō fit infamis nec dū militat. i. dū militia durat. nā ſtatim vt in famis eſt, miles eſſe deſinit: qa iam nō poſſet ſtare vbi princeps: vt ſ. e. l. milites. in fin. nec factus veteranus: vt hic, & ſic mitius agitur cū milite 50 quā cū alio in infamia: ſecus in pœna debita qñ q̄: vt. ff. de pœ. l. quędā. quę eſt cōtra. & eſt rō vt dixi. ſunt aūt criminami litaria: vt. ff. eod. per totū cōmunia patent.

Infamis factus dignitates p dit.

x ¶ Nota.] i. infamia.

y ¶ Exiſtimationē.] id eſt famam.

60 z ¶ Tuam.] i. tui.

a ¶ Veterani.] ſ. facti.

b Auſaria. Aſpergitur.] vt. ff. e. milites. §. miſsionum &. ff. de his qui notā. infa. l. ij. §. miſsionum.

c SI quis Dederit.] vt poteſtas caſtrifrāci permiſit venire muti 70 onēſes corruptus ab eis: vel fortè diuiſit cū eis p dam quam fecerant ſine eius conſcientia.

d ¶ Factā.] prædationem.

e ¶ Diuiſerit.] cū eis: vel die inter eos. & no. ſi milis pœna. ſ. vbi cau. fi. 80 ol. vniuerſi. Accur.

f QVicūq;. Cōiuges.] aliàs coniugia. Et no. vxorem domeſticam ſeu familiarem: vt not. ſ. de his qui ad ec. confu. l. vlti. §. ſane. & facit ad. l. ff. de offi. procōſ.

iiij.§.i⁹, &.ſ.de vxo.mi. l.j.&.ff.de pact.dotal.l.in ter.§.conuenit.

a ¶ Emptos.]hi eẽnec puncto &c.vt.ſ.de agric. & cenſi.l colonos.

b TRibuni. Manent.]i.manere debeãt.Et no.q̃ hęc ẏba cũ so ſignis proprijs poſſunt legi cũ prędicti & ſubſequẽti litera.& facit.j. de cõmer.l.j.Accur.

c ¶ De eo.]ſ.milite qui contempſit.Accurſius.

d CVmſupra.Fluẽtis.]hoc fluentum huius fluenti.

e ¶ Sudores.]i. equos 20 ipſos ſudatos.nã ſpoliat ſe ſcutifer in aqua.Et no. curialem legẽ cõtra eos qui more beſtiarũ ſe inuerecundè balneãt in natigio.& facit ad.l.ff. de aqua plu.ar.l.apud Trebatium.

f NEmo. Deputati ſunt.]qui dicũ 30 tur palatini,& ad eius menſam ſunt.

†al's ſudore. g ¶ Vrbe.] conſtantinopolitana: nec tamen ad menſam eius.

h ¶ Legiõibus ſunt.] ſ.in alijs locis.

i ¶ Vacet.]i.nec ppria nec aliena faciat:vt.ſ.de procura.l.militem.& ar. 40 ſ.de aduo.diuer.iud.l. ij.& de prin.agẽ.in re.l. j.Sed cõtra.ſ.de pcu.qui ſtipendia.Sol.ibi non offenditur diſciplina: hic ſic:vt.j.eo.l.milites.Vel ibi permiſſu principis. Vel dic vacabat:id eſt otioſus ſtabat.

k ¶ Quinq; libris au

†al's pñtes ſori.] ſic.ſ.de ſer.fugiti.l. quicunq;.

eſſe comitatui &c. l ¶ Citã.]id eſt velocẽ. & facit in aut,quomod. oporteat epiſc.§.non aliter.colla.j.

m ¶ Vagari.]facit.ſ.de aduo.diuer.in.l.ij.& qñ liceat vni.l.ij.&.ſ.de primi.l.ij

n COntra publicã VTilitatem.] qđ ſemper pręſumitur niſi principis adſit authoritas:vt.j.patet.

†numerario, o ¶ Comites.]qui dicãtur comites rei militaris dic vt.ſ.de com.rei mil. l.j.&.ij.

p ¶ Commiſſa.]immemo 7 odiate in aliqua puincia.

q ¶ Comitatenſib⁹.]q̃ ſunt in vrbe non ad menſam:ſed palatini ad menſam:vt.ſ.l.proxi. Accur.

r ¶ Ipſi.]ſ.comitibus vel ducibus.Accur.

s ¶ Legiõibus.]ſ.militię qđ eſt j.& nominat quaſdã militias de quib⁹ 8 o non trahitur:vt & alias ponitur.& caue:quia abſt dat ipſis quidem:vel qđ eſt.j.cuiquam eorum.ſed oblitus dixit cuiquam eorum.

t ¶ VTilitatis].& cũ ſo lẽnitate quæ eſt.ſ.de of. emptos[a] neq; adſcriptos cenſibus ad eoſdem excellentia tua dirigi faciat.

¶ *Tribuni uel milites in loco deputato ſtare debent:nec poſſunt uagari.Bartol.*

I mppp.Grat.Valẽ.& Theo.aaa. LEX.XI.

TRibuni vel milites nullã eua gãdi per poſſeſsiones habeãt facultatem:ſed cũ ſignis proprijs in manſionibus ſolitis ac publicis maneãt[b].At ſi quis tã neceſſaria ſcita contempſerit,de eo[c] actribuno eius ad noſtram ſcientiam rectorum ac defenſorum relationibus protinus referatur: quatenus ſeueriſsimè in eos animaduertat.

¶ *Præſentibus militibus quis ſe balneare nõ præſumat,aut equos lauare niſi ſecretè.Bartol.*

I mpp.Arcadius & Hono.aa. LEX.XII.

CVm ſupra virentes fluminũ ripas,omnis legionũ multitudo cõſiſtat:ideo prouida authoritate decernimus vt nullus omni no immundo fimo ſordidatis fluẽtis[d],commune poculum polluat, neve abluendo equorũ ſudores[e] † deproperans publicos oculos nudatus inceſſet:ſed procul à cuncto rum obtutibus,in inferioribus partibus fluuiorum hoc ipſum faciat.

I mpp.Theod.& Hono.aa. LEX.XIII.

NEmo miles ex iis qui præſentes diurno obſequio noſtræ clementiæ deputati ſunt[f],& qui in hac alma vrbe[g] præſenti † comitatui conceſsi ſunt,quę vè de alijs numeris vel legionibus[h] ſunt: vel ſibi vacet[i],vel aliena obſequia ſine nutu principali peragere audeat.Qui autem in huiuſmodi facinore fuerint conuicti:militia exuti,pœnas conſentaneas luere compellantur.ij verò qui in priuato obſequio militem retinere fuerint reperti: quinque libris auri[k] multæ nomine feriantur.Si verò quiſquã miſſus à numero †,vel à tribuno ad comitatũ ſerenitatis noſtræ peruenerit,(aliter enim eos hoc facere vetamus)illico ſe virisilluſtribus comitibus ſub quorum regimine conſtituti ſunt offerre feſtinet: & cauſas profectiõis exponat:vt & reſponſum cæleſte mereatur,& citam[l] remeandi accipiat facultatẽ.Si quos autem milites per prouincias relictis proprijs numeris paſsim vagari[m] prędes earum cognouerint:correctos faciãt cuſtodiri donec de his clemẽtiæ noſtrę auribus intimetur: & quid fieri oporteat decernamus.

¶ *Miles de uno numero ad alium ſe transferre non debet:niſi utilitatis publicæ cauſa princeps conſenſerit.Barto.*

I idem.aa. LEX.XIIII.

COntra publicam vtilitatẽ[n] nolumus à numeris ad alios numeros milites noſtros transferri.Sciant igitur comites[o] vel duces quibus regendæ militiæ cura commiſſa[p] eſt,non ſolùm à comitatenſibus[q] ac palatinis numeris ad alios numeros milites transferrinon licere:ſed neipſis quidem ſeu de comitatẽſibus legionibus[s] ſeu de caſtris riparenſibus † caſtrenſianis cęteriſque cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam:niſi hoc auguſta maieſtas publicæ vtilitatis[t] gratia fieri iuſſerit:quia honoris[v] † augmentum non ambitione ſed laboread vnumquenque conuenit deuenire.Quòd ſi quis cõtra fecerit per ſingulos milites ſingulas auri libras à ſe nouerit exigendas.

¶ *Miles armatæ militiæ,agrorum cultui,cuſtodiæ animalium, mercimoniorum quæſtui non eſt deputandus.Barto.*

I mp.Leo.a. LEX.XV.

MIlites qui à republica armãtur & aluntur,ſolis debent vtilitatibus publicis occupari:nec agrorum cultui[x],& cuſtodię animalium,vel mercimoniorum quæſtui,ſed propriæ munijs inſudare militiæ.Nullum prætereà ex militibus poſthac prædictis obſequijs vacare magnitudo tua patiatur: ſed frequentes in numero ſuo eſſe iubeat:vt armorũ quotidiano exercitio[y] ad bella ſe præparẽt.Quòd ſi quis ex militaribus iudicibus vllos militum tam diuinis[z] quàm regijs[a] vel priuatis domibus ac poſſeſsionibus diuerſiſque alijs obſequijs[b] contra interdictum ſerenitatis noſtræ crediderit deputandos:ſciat[c] ſe ab eo qui contra † al's ſciat vetitum fecerit, & ab eo qui auſus accipere militem & ab eo q fuerit,per ſingulos milites ſingulas libras auri protin[9] cõtra &c. exigendas.

¶ *Milites ciuilem curam non debent aſſumere.Bartol.*

I dem Auguſtus. LEX.XVI.

MIlitares viros ciuiles curas[d] arripere prohibemus:aut ſi aliquam huiuſmodi ſolicitudinem fortè ſuſceperint,& militia ſtatim & priuilegijs omnibus denudari decernimus: formidantibus ijs motum noſtræ ſerenitatis,qui temeritate[e] ſaluberrimis ſtatutis obuiam ire tentauerint.

¶ *Nullus in aliquo numero militum poteſt militare ſine licentia principis ſi tamen aliquis de numero deficiet,magiſter militum & dux belli in illius locum alium ſubrogabit,facta prius declaratione principi.Bartol.*

LEX.XVII.

I mperator Zeno.a.

NEminem in nullo numero equitum vel peditum vel in quolibet limite[f] ſine noſtri nominis † ſacra probatoria in poſterum ſociari concedimus:cõſuetudine quę hactenus tenuit,antiquata,quæ magiſteriæ † Numipoteſtati vel ducibus probatorias[g] militum facere,vel militibus adiungere,licentiam tribuerat:vt ij tantùm innumeris vel militijs militent qui à noſtra diuinitate probatorias conſequuntur.Viros autem eminentiſsimos pro tempore magiſtros militum,necnon & viros

nis.

ma.mili.l.milites.& facit auth.vt om.obe.iudi. ꝓuin.§. arripiat.col.j.Et no.q̃ interim dũ extrahi † Facit adtur ab vna,& mittendus eſt in aliam,teſtatur iure militũ:vt.ff.de bo.poſ.ex teſt mi.l.j.in fine.Accur. hanc.l. qđ dicitur in c.ad apoſtolicã.cũ gl.ſup v. prohiben dũ.extra de regula.

v ¶ Quia honoris.]ſic 10 j.de di.offi.l.j.&.ſ.de of. magi.offi.l.j.&.ij.&.ſ.de tyro.l.finali.Accur.

x MIlites. Cultui. ſic.ſ.e.nemo miles &.ſ.locat.l.milites. &.l. vlti.&.ſ.nego.ne mili.l. j.& in aut.neq; milites neq; fe.&.ſ.d ꝓ.l.militẽ. † Riparẽſes milites exiſtimat hic eos dici Alcia.q̃ in ꝑiculi mitib⁹ ex cubabãt ꝓ repub.adueꝛſusbarbaros.

y ¶ Exercitio.]quoſciẽ 20 otia creſit:vt.ff.de lega. iij.legatis.§.ornatricib⁹.

z ¶ Diuinis.]id eſt fiſcalibus.

a ¶ Regijs.]i. patrimonialibus:vt differant.

b ¶ Obſequijs.]ſcilicet fiſcalibus.

c ¶ Sciat ſe.]aliàs ſe.& tũc dic magnitudo ſua. 30 aliàs à ſe:& tunc dic iudex qui cõceſsit militem accipere in locis priuatis ſ.e.l.nemo miles.

† Cõcor. gl.j.in fi.I cap.officij tui extra de ele.vbi recitãtur hęc verba. & gl.pe.in.c. cũ poſſ.ꝓpe fi.e.tit. &.c.perno ſtras iuncta gl.j.in fi.de iure patronat.

d MIlitares.curas.] vt munera perſonalia:vt.ſ.qui pe.tu.l.armatę.& facit.ſ.l. proxi.§. ꝙ ſi quis.cũ ſuis concor.

e ¶ Temeritate.]ſ.ſua 40 vel aliqua.

NEminẽ. Limite. cuſtodiẽdo.ſ. ſtent milites vel pedites.

g ¶ Probatorias.]ſic.ſ. e.l.cõtra publicã.&.j.de diuer.offi.l.probatorias. &.j.de cohor.l.ij.&.ſ.de pa.ſac.largitio.l.non aliter.Accurſius.

a ¶Sortiantur.]sic.ſ.de of.magi.mili.l.milites.

b TAm collatores. Dicatiſsimos.]i. ditiſsimos:àdito ditas,id eſt diuitè facere.vel.i.ſacratos:inde dedico.

c ¶Remediū.]fecit.ſ.de offi.prefect.pret.aphric. nol.in nomine domini.

d ¶Agentibus.]ſ.contra milites:vel his agentibus.

e ¶Magnificam.] hoc non vt detrahatur honori magiſtri militum,cùm & duces ſint ſub eo:vt.j. eod.l.fin.

f ¶In menſuris.] aliàs in menſuris: & aliás in menſuras.

g ¶Curaturus.]aſs curaturos aliàs curaturis.

h ¶Spontanea.]sic.ſ.d ſalgamo.l.ij.&.ſ.de rap. vir.l.j.circa fi.

i ¶Ordinando.]vt.ff. qđ cuiuſ.vniuer.nom.l. nulli.&.l.ſequenti.

Aequitas in iudicijs eſſe debet.

30 k ¶Forma.]qaę qualitas debet eſſe in iudicijs:vt.ſ.de proxi.ſac.ſcrini.l.in ſacris.§.&qm. Ac.

l ¶Arbitris.]id eſt de legatis priuatis hominibus.sic.ff.qui ſatiſ.cogã. l.arbitro.

m ¶Vlterioris tẽporis..]facit cõſtitutio friderí.de feudis.

n ¶Sententias.]qđ eſt abſurdũ:vt.ff de lib.cau. ſi pariter.& facit.ff.de in ius vocan.l.iij.&.iiij.in princip.& de iudi.l.ij.§. legatis.

ſpectabiles duces ſi ſupplere numeros pro ijs qui fatalibus ſortibus decreſcẽt, neceſſarium eſſe putauerint:veritate diſcuſſa:p ſuggeſtionem ſuam noſtræ mãſuetudini declarare qui & quanti & in quo numero vel limite debeãt ſurrogari: vt ita demum prout noſtræ ſederit maieſtati,diuina ſubnotatiõe ſubnixi militiam ſortiantur a:officio quod tuę ſublimitatis actibus obſecundat,centum librarum auri diſpendio feriendo ſi ex aliqua parte quę ſtatuit noſtra ſerenitas fuerint violata.

¶*Milites in partibus Orientalibus morãtes obedire debent iuſsibus ducum eorum in caſibus occurrentibus pro communi utilitate prouidendis: & in cauſis ciuilibus & criminalibus:non corã magiſtris militum,ſed coram præfecto prætorio Orientis:uel coram ducibus eorum reſpondere debẽt. hoc dicit uſq; ad uer.eo.ſ.obſeruãdo.....*

Imp.Anaſtaſius.a. LEX.XVIII.

TAm collatores & prouincia les,quàm fortiſsimos milites prout oportet gubernari,minime q;leſionem aliquam ſeu diſpẽdiũ perpeti properãtes,eſſe neceſſariũ perſpeximus dicatiſsimos b milites qui de diuerſis præſentalibus numeris per Orientis partes noſcuntur conſiſtere,virorum ſpectabiliũ ducum iuſsionibus obedire:vt quicquid emerſerit qđ pro cõmuni ſecuritate curandum eſt,hoc ptinus vtpote militari præſidio in proximis locis conſtituto,cõpetens poſſit adhiberi remedium c:ita videlicet vt etiam agẽtib9 d cauſas tam criminaliter quàm ciuiliter præfati milites iam non apud magnificam c magiſteriam per Orientẽ poteſtatem,vel ex ſententijs ſeu præceptionibus eius, ſed per interlocutiones ſeu diſpoſitiones tam excelſæ tuæ ſedis ſub cuius iuriſdictione conſiſtunt:quã eorũdem ducum reſpondeant.

¶*Ad reſponſum quod prius præfecto mittebatur ad magiſteriam poteſtatẽ, debet poſt hanc.l.mitti ducibus belli.Item licet etiam duci facere ſuam ſolicitudinem & executionem ad reſponſum procedens ab officio alicuius magiſtri militum in locis in quibus non extant apparitores præfecti.h.d.*

¶Eo ſcilicet obſeruando,vt ad reſponſum quem de officio tuæ ſublimitatis hucuſq; ad prędictã magiſteriã per Oriẽtem poteſtatem moris erat deſtinari,viris ſpectabilibus ducibus inhæſurus f mittatur:tam perſe quã per adiutores ſuos eoſdẽ iudices obſeruare, & iuſſiones eorum implere curaturus g:licentia ei nõ denegãda etiã ad reſpõſum qui de officio alterius viri excelſi magiſtri militũ præſentalis pro hac noſtra diſpoſitione deſtinatur,in locis in quibus apparitionis tuę ſublimitatis ad reſpõſum nõ contigerit reperiri ſuã ſolicitudinẽ pro emergentibus maximè cauſis peragere:cuius etiã illi qui de altero offõ mittẽdus eſt,præbemus facultatẽ:vt nõ tm per adiutores ſuos,id eſt ad reſpõſum ſed ẽt inuicẽ ſe adiuuãdo,nec publicis nec priuatis cauſis vel executiõib9 abeſſe videãt.ad ſingulos etem duces ad reſpõſum de apparitorib9 nr̃is nõ ꝓſpexim9 oportere deſtinari:ne per multitudinẽ eorũ qualibet machinatione dãna cõtra milites noſtros augeri contingat.

¶*Militer cõuẽti corã iudicibus ſoluãt unũ ſolidũ pro ſportulis,& duos ſolidos cũ unus numerus ſeu uniuerſitas militum cõ:enitur:ex quibus ſolidus un' tantũ pro expenſis ingreſſus litis ſoluitur quod etiam in perſona aduerſarij ſeruatur.Et pro uniuerſitate duo tantũ primates ſeu principaliores ipſius uniuerſitatis & ſyndicus conſtitutus conueniri debet.h.d.*

¶Vt aũt omnifariã tam publicę cõmoditati quã fortiſſimis ꝓſpiciat militib9,ſportularũ nihilomin9 exactiõnẽ meritò cẽſuimus moderandã: & iubemus nec ipſis ad reſpõſum,nec adiutoribꝰ eorũ ꝓ criminalibꝰ ſeu ciuilibꝰ cauſis (etiã ſi ex publicis cauſis deſcẽdere,vel ad publicã cauſam pertinere dicãtur) licere aliquid plus quã vnũ ſolidũ à ſingulis vel nolẽtibus vel ſpõtanea h volũtate offerẽtibus ſuſcipere militibus:ita vt ſi vniuerſitas numeri ſeu principiorũ mouẽda ſit,duplicata quãtitate tãtũmodo ſportulas accipiãt.in his etem cauſis nec plures quàm duos primates,quorũ noĩa ſemel ac primũ geſtis interuenientibus fuerint publicata,patimur cõueniri:ſyndico videlicet ꝓut cõſuetudo deposcit,legibuſq; cautũ eſt,ordinãdo i. ¶Hoc quoq; adiecto,vt ꝓ omnib9 & q;buslibet expenſis faciẽdis ingreſſus iudicij duciani,vnũ tantũmodo ſolidũ nihilq; amplius milites vel ſyndici litigãtes dependere cõpellant vt himõi ſolatiũ ad cõmodũ & ad reſpõſum & eius adiutorũ & exceptorũ proficiat:nihil ſibi vſurpare,vel ſuo nomine poſcere,vel viris deuotis principalibus qui ducianũ obſeruãtiudicium vel ducianã apparitione,de præfatis litibus cõcedendis:ita videlicet vt ſuper litis expenſis in perſonis etiã eorum quicunq; milites pulſare maluerint,eadem forma k ſeruetur.

¶*Duces poſſunt cauſas militares per ſe cognoſcere ac ſi eſſent principalibus delegatæ.Itẽ ad curã ducũ ſpectat quãdo cõuocant ad ſe milites de uno loco ad alium quòd collatores nullis grauẽtur expenſis:nulla neceßitate cogente milites accedant.ſi autem exigente neceßitate,tunc intra.xxx. dies milites debent ſibi expẽſas miniſtrare.poſt.xxx.uerò dies tenentur collatores prouinciales expenſas ituneris exhibere.Bartol.*

¶Erit aũt arbitrij atq; æſtimationis virorũ ſpectabiliũ ducũ ꝓ qualitate negotiorũ vel quãtitate quæ deuotiſſimis militibus ab aduerſarijs eorũ ingeritꝰ,vel ſuã audientiã interponere litigijs,vel eorũ diſcuſsionẽ dicatiſſimis principijs ſeu arbitris l in locis degẽtibus cõmittere:quibus viris ſpectabilibus ducib9 & eos obſeruãtib9 ad reſpõſum ſeu adiutorib9 eorũ curę ſit,ſi qñ ad eoſdẽ duces milites acceſſiti fuerint,vel de locis in qb9 cõſtituti ſunt moueri præcepti,ne quolibet mõ curiales ſeu collatores q;buſdã afficiãtur diſpẽdijs:ita ſcilicet vt ꝓ militibus inſpiciẽdis qñcũq; voluerint viri ſpectabiles duces etiã præſentales deuotiſsimos milites adhibere,nõ immodicã multitudinẽ eorũ tpe pacis cõuocare ꝓcurẽt.Si verò etiã neceſsitate poſcẽte milites ad alia pueniãt loca,læſionibus contra curiales ſeu collatores nihilomin9 modis oĩbus abſtineãt: & ſi tã eũdo quã redeũdo.xxx.tm dies oporteat eos proficiſci,ipſi ſuas expenſas ſibi præbendas (collatoribus ſeu curialibus minimẽ prægrauandis) ſuſciperenon ceſſent.ſi autem vlteriore tempore in alijs locis neceſſe ſit eos commorari:expenſas eis vlterioris m (vt dictum eſt) temporis,ad quæ peruenerint loca miniſtrari.

¶*Iudiciũ ciuile uel criminale intẽtatũ cõtra militẽ corã uno iudice,nõ põt intentari criminaliter corã alio niſi primo peracto:& idẽ ecõuerſo:& contra faciẽs punitur.Itẽ per hãc iuriſdictionẽ cõceſſam ducibus nõ derogatur iuriſdictioni magiſtrorũ ſub quibus ſunt ipſi duces.h.d.uſq; ad fin.l.*

¶Quoniã verò cõperimus quoſdã temerario atq; iniquo ꝓpoſito,anteriore tpe certos de memoratis militibus tam in iudicio ſublimitatis tuæ,quã apud excelſam magiſteriã per Oriẽtẽ poteſtatẽ,in accuſationẽ deduxiſſe: & eoſdẽ eodẽ tẽpore ad diuerſa quoq; protraxiſſe iudicia:diuerſaſq; ſuperijſdẽ perſonis,ijſdẽq; cauſis & negotijs prolatas fuiſſe ſententias n:ne poſtea nihilo-

† Alis in idenſuris mutãtur. &.j.paulo poſt,curatoros.

a ¶ Antelatas.] ſ. in priuilegio. & facit ad legē in aut. de quæſto. §. ſi vero aliquid. coll. vj.

b ¶ DE CASTREN. PECVL. MILI. &c.

¶ De hoc nō dicit in tex. ro ſic. §. de reli. in rubrica.

d [S]I in poteſtate. Non dubitat.] vt. §. ſi gs alterius vel ſibi. l. i). & inſti. de inut. ſtip. §. ei qui. & §. de bo. proſcri. l. ſi quis poſt hāc. §. finali.

¶ Mobiles.] nō īmobiles: vt hic, & §. fami. erci. ſi filius. & facit. ff. eo. 20 l. iii). &. v. & l. ſi fortè. & l. caſtrenſe. & l. pe. & ff. de fal. ſi pater.

e ¶ Donatū.] niſi notitia caſtrenſi: vt j. proxi.

f ¶ Cōditionis.] vt ſunt caſtrenſia. & ſic no. res ſuccedit loco pretij ſuo re militię. ſic. §. de rei vē. l. ſi vt proponis aſs contra: vt eod. titu. l. ſi ex ea. 30

Res q̄nq; pretij loco ſuccedit.

g [F]I liusfamiliâs.] facit. ff. cōtrah. emp. l. inter pares. & de don. filiusf. in fi. & §. de pa. po. l. iij. īprin. & iure nouo quo habet ꝓprietatē adnētitiorū: vt. §. de bo. ḡli. l. vlt. §. filijs aūt. facit. ff. 40 quę res pi. obli. poſ. l. j.

† aſs, ſubnerſa vice.

h [E]Rrat. Sacramēti.] militię: vt inſt. qui. mo. ius pa. pot. ſol. §. filiusfami.

i ¶ Patris eſt.] vt. ff. e. l. ex nota. & l. milēs præcipua. §. j. & §. de bo. quæ libe. l. cū oportet. §. exceptis. Accur.

k [C]Vm allegas. In eiſdē.] ſic. ff. e. ſol. miles filiusfamiliâs. ſecus ſi in alijs, & nūquā ſecū in eadē puincia militaſſet: vt. ff. eo. l. dotem. §. finali.

l ¶ Nōnihil.] i. nō parū Et no. ꝙ conſuetudo augetaffectionē parētelę vt 60 ff. eod. l. pe. in principio.

Cōſuetūdo affectū parentelæ auget.

m [I]Ntelligis. Quæſitā.] vt. ff. e. l. j. & ij. ad l. falſi. l. filiusfamiliâs. & §. de bo. quę lib. l. ij. Sed hodie contra: vt in auth. de hæredi. ab inteſt. §. ij. colla. ix.

n [I]Vs caſtrēſis. Adiutricis noſtrę.] vt adiutricę noſtrę. Sed vi 70 detur cōtra. §. de teſt. mi. l. pe. Sol. hic ſcriniarius erat miles, ibi nō. vt hic in ruſtico: ibi non: vt in e. ti. l. fi. & ff. de bo. poſſ. ex teſt. mili. l. j. Vel bicha b et ius caſtrenſe: non tñ dicit quod iure militari teſtetur. & facit j. de appa 80 ori. magi. mil. l. ij.

o ¶ DE EROGAT. MILI. &c. i. quid & uſq; habeāt milites ſtipēdia.

p [R]Epetita.] quia fuerat primò conſuetudo, ſed minus tātæ cōtra milites noſtros inſidię tantaq; cōfuſio ḡrelis quas eis ingeri cōtigerit, generētur nemini liceat apud ſedē magnitudinis tuę accuſatione cōtra militem ſeu milites pręſentales depoſita, cō uēctioneq; oblata, eūdēq; vel eoſdē criminaliter vel ciuiliter p iuſſionē virorū ſpectabiliū iudicū vel ducū inqetare antequā negotiū ex prio ri actione prioreq; cōuentione finē legitimū ſortiatur. Idēq; verſa vice obſeruari, vt ſi quidē miles ſeu milites pręſentales ꝓuiſione viri ſpectabilis ducis incuſati ac admoniti fuerint: incuſatori licētia denegetur agēti poſtulationē ſeu accuſationē in iudicio tuæ ſublimitatis cōtra eūdē militē vel eoſdē milites depōere. nec ſi eūdē vel eoſdē tā criminaliter quā ciuiliter obnoxios eſſe firmauerit, facultatē eidē agenti ſupereſſe, & ſeparatis intētionibus ſuis, ꝓ criminalibus quidē tuę celſitudinis iudiciū, ꝓ ciuilib⁹ aūt viri ſpectabilis ducis ſublimitatē ſeu †verſa vice occupare. Si quis verō ad hmōi tamaudaciſsimū tāquā ęquitati cōtrariū conamē ꝓſilierit: eū pro pecuniarijs quidē negotijs, iactura litis & dānorūquæ vitio eius cōtigerūt: ſolutione percelli: pro criminalibus aūt quaſi calūniatorem cōuictū, legum aculeos ſentire. ¶ Diſpoſitiones aūt antelatas [a] nō ad imminuendā poteſtatē magiſteriæ per Orientem adminiſtrationis, ſed pro tuitione locorū ac ſecuritate publica noſcimur pręſtitiſſe: cùm non dubium ſit ipſos etiam duces quib⁹ fortiſsimi præſentales milites parere ꝓcepti ſunt, ſub eadem excelſa poteſtate eſſe cōſtitutos.

TITVLVS XXXVII.

De caſtrenſi peculio militum & pręfectis annonę[b].

¶ Filius in ptāte militās, quæ ob eam cām accepit ex dono á patre, matre, uel alijs propinquis uel amicis, & quæ ei occaſione militiæ ſunt quæſita, in caſtrēſi peculio numerantur: non autem matris hæreditas. prædiū uerò donatū, in caſtrēſi peculio non eſt: ſed. ſi ſit emptum ex caſtrenſi peculio efficitur caſtrenſe. Bartolus.

Imp. Alexander. a. LEX. I.

[S]I in poteſtate tua filius tuus fuit eo tempore quo quę dā nomine eius emiſti: ea tua eſſe non dubitatur [c]. Peculio aūt caſtrenſi cedunt res mobiles, [d] quę eūti in militiam à patre vel à matre aliſvè propinquis vel amicis donatæ ſunt: item quę in caſtris per occaſionem militię quęruntur: in quibus ſunt etiam hæreditates eorum qui nō aliâs noti eſſe potuerūt niſi per militię occaſionē, etiā ſi res immobiles in his erūt. Matris aūt hæreditas quā uis in militia delata ſit, ad peculiū caſtrenſe non pertinet. In caſtrenſi verò peculio prædium donatū [e] non eſſe conſtat: quāuis empta ex caſtrenſi peculio prędia, eius conditionis [f] efficiantur.

l dem. a. LEX. II.

[F]Iliusfamiliâs [g] alienationem nulliusrei ſine voluntate patris habet, niſi caſtrenſe peculium habeat.

¶ Licet quis militet, non propterea liberatur á patria poteſtate. Bartolus.

l dem Auguſtus. LEX. III.

[E]Rrat qui tibi perſuaſit ꝙ ne ex paternæ ptātis, iure ſacramēnti [h] ſolutus es. Manēt em̄ nihilominus milites in ptāte parentū: ſed peculiū caſtrenſe propriū habent: nec in eo vllū ius patris eſt [i].

¶ Hæreditas fratris quæſita militanti in caſtris, in caſtrenſi peculio numeratur. Bartol.

Imp. Gordianus. a. LEX. IIII.

[C]Vm allegas te à fratre tuo, eodēq; cōmilitone ineiſdē [k] caſtris inſtitutū hæredē: ſucceſſionem eius potius caſtrenſi peculio tuo quā patri cuius in poteſtate es, per te quæſitam videri, rationis eſt. Etenim peregrinationis laborem †ſociatū commilitijeius, & obeundorū munerum conſortiū, affectioni fraternæ nōnihil [l] addidiſſe, quīimo vice mutua chariores inuicem ſibi eos reddidiſſecredendum eſt.

Impp. Dioclet. & Maximianus. aa. LEX. V.

[I]Ntelligis filio, qui militauit, defuncto, peculiū eius penes patrem remanſiſſe: non hæreditatem patri quæſitam [m].

¶ Milites ſcriniarij & exceptores, & cæteri militantes habent caſtrenſe peculium. Bartolus.

Imperator Conſtantinus. a. LEX. VI.

[I]Vs caſtrēſis peculij tam ſcriniarios quā exceptores cæteroſq; qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noſcūtur: acſi in legione prima adiutrice noſtræ [n] rcip. militent, inuiolatū habere pręcipimus.

TITVLVS XXXVIII.

De erogatione militaris annonę[o].

Imperator Conſtantinus. a. LEX. I.

[R]Epetita [p] †conſuetudo monſtrauit expeditionis tempore bucellatum [q] ac panem [r] vinum quoque atque acetum, ſed & lardum, carnem etiam veruecinam milites noſtros [s] ita ſolere percipere: in duobus diebus bucellatum: †in tertio die panem vno die vinū: alio die acetum [t] vno die lardum [v]: biduo carnem veruecinam.

Impp. Valent. & Valens. aa. LEX. II.

[V]Iceſimo non amplius lapide [x] milites ſibi iubemus paleas conuectare [y].

¶ Milites ut aliquid in cœna habeant: á prouincialibus nihil poſſunt accipere. Bartolus.

l idem. aa. & Gratianus. aa. LEX. III.

deſijt: deinde redijt.

q ¶ Bucellatū.] ſi. bucellas panis aliquas ſiue alicuot, ſicut habēt fratres: vel ſecundū P. dic vt. j. ti. j. l. ij. aliâs aliter ponit bucellas. §. ad. l. iul. de vi. l. omnes.

r ¶ Panem.] integrum.

10 s ¶ In duobus.] aliâs biduo. & aliâs duob⁹ diebus.

t ¶ Acetū.] cū lactucis agreſtibus: imo adbibēdū quia etiā de vino dicit. & ſic faciunt Florentini qui acetū in exercitu portāt & facit ū hoc vt reſp. nō grauet. ar. j. eo. l. iube

20 omus. Itē vt aſſueſcant ad malū: vt. ff. de mili. teſta. l. j. Itēqa nō fiunt ebrij: ſicut ſi quotidie vinum & carnes haberēt: ſed an de ſuo hoc poſſent facere? Fortè ſic. & facit j. de ſal. hoſ. nō pręſtā. l. j. &. §. de fru. vrb. conſtan. l. j.

Florētini acetū inexercitu portant.

v ¶ Lardum.] ad condi

30 mentum.

x [V]Iceſimo. Lapide.] i. miliario: vt inſti. de exc. tu. §. qđ aūt. & eſt rō ſecūdū Pla. vt facilius de ꝓximo poſſint vocari, & vt paleas i area dimittant. & facit j. eo. l. prouincialium.

y ¶ Conuectare.] aſs 40 conuelare.

† Aliâs, laborſociatus cōmilitoni eius. & j. credēdus.

† Tenorē huiꝰ. l. ſecundat glo. in c. quāto. ſuper verbo, pręgrauari circa med. extra de cēſib⁹. ‡ Aliâs ſic, in duos dies bucellatū in tres panem.

a COenaticorũ.] vt aliquid fortè in cœna habeant.

b ¶Superinſtantes.] puta fortè ꝓcuratores q̃ inſtabãt annonas colligere & accipere ſcdm Alb. ſed Bononię dicũtur q̃ ꝑ ſuntcaptis mutinẽſib⁹: & 10facit.ĩ.de ſalgamo.l.j.& de metatis.l.deuotum.& l.ſeq.&ĩ eo.ſeptem.

c SIcut.limites.] aliàs limites: & aliàs milites.ad quod.ſ.de anno.& trib.l.pro locis.cum ſuis concord.

d ¶Ordinabis.] loquit̃ 20prefecto prętorio.

e ¶In veteranis.] i.antiquis vbi horrea publica & annonę publicæ ſunt repoſitę.ſed.ſ.pxi. caſu vel nõ erat caſtrum vel erat ſine annona.

f ¶Cõditis.] i.de annona publica ibi repoſita. ad quod.ſ.de condit.in publicis horreis.per to 30tum.Accurſius.

g ACtuarij.Pyctacia.] i. ſcripturas breues ſecũdũ H.quæ cõtinẽt quãtũ ex publicis conditis receperint vt militibus darẽt: ſed ad diſtruendũ aliud tẽpus datur qđdic vt ĩ.e.l.p hãc. ¶.hoc videlicet.

40 h ¶Addicãtur.] id eſt cogantur.

i FOrtiſſimi. Capita.] i. qđ ꝑ cuiuslibet militis perſona prębabaẽ. Et not.hic honorẽ in recipere nolẽtẽ.ſic.ff. de ac.em.l.ratio.¶.ſi per venditorem.

Honor no lenti ferr.

k NVlli. Delegantur.] hodie nõ de 50leganť: vt.ĩ.c.l.annonas. quę eſt contra.

l ¶Expetit.] puta pretiũ Et no.cõtra alb.calu. ĩ eo q̃ ſic faciebat cõtra ruſticos. Itẽ facit.ſ.de cõdi.inſer.l.ſina.&.ff.de ſtatul.l.iiij.¶.ſtichum.Acc.

m PRouincialiũ. Comites.] Nota illu- 60 ſtres comites. argu.contra.ſ.de comiti. qui pro re.l.j.

n ¶Peruenire.] ſcilicet in notitiam.

o ¶Iuxta legẽ.] i.à vi ceſimo lapide,& nõ amplius: vt.ſ.eo.l.ij.vel ad caſtra tm̃: vt.ſ.eo. ſicut 70 aliàs vbi illę ſunt, valẽt.

Ac ſibi debitam.

p EXcellẽtia tua.] loquitur prefe.prętorio.

q ¶Per ſuſceptores.] ſ. qui ſuſcipiebant à prouincialibus & dabant militibus.

r ¶Opinatores.] i. exactores: vt.ĩ.eo.l.opinatoribus.

ſ ¶Datorũ.] ſunt eñ dandi nobis: vt.ĩ.cod.l. vlti.

t ¶Indictionis.principũ.] vt in aut.de colla. in princip.collat.ix.&.ĩ.

Als militum.

CCOenaticorũ [a] †nomine milites & eorum ſuperinſtãtes [b] nihil penitus à prouincialibus accipere audeant. Sciant etenim milites quod oportet eos cõmoda ſua quæ in annonarum perceptione adipiſcuntur, accipientes extrinſecus detrimentis prouinciales non afficere.

¶Annonariæ ſpecies prouinciales tribuẽdæ ſunt militibus exiſtẽtibus in caſtris uicinioribus: & milites conſtituti in caſtris ueteranis duas partes tantũ annonæ, ibidem retinere debent, tertiã uerò partem extrahere. Bartolus.

Imperatores Valens, Gratianus & Valentinia.aaa. LEX.IIII.

SIcut fieri per omnes limites [c] ſalubri perſpectione præcipimus, ſpecies annonarias vicinioribus limitibus à prouincialibus ordinabis [d] ad caſtra conferri. ſed in veteranis [e] caſtris cõſtituti milites quas alimoniarum partes ibidem de conditis [f] ſunt ant: nec amplius quàm tertiam partem ipſi vehere cogantur.

¶Conſtituti ad deferendum ſ u deſcribendum militares annonas, ſi intra trigi ta dies annonam receptam & militibus aſſignatam non oſtenderint per publicum inſtrumentum, tã reipublicæ quã militibus de ſuo inferre cogentur. Bartolus.

Imperatores Gratianus Valentinia. & Theodoſius.aaa. LEX.V.

ACtuarij niſi expleto triginta dierum ſpatio, pictacia [b] authẽtica confeſtim tradiderint: ſpecies quas ex fiſcalibus conditis diſſimulauerint excludere, vel numero cuius ratiocinia pertractant, ſuperſederint erogare de proprijs facultatibus vel militibus ipſis vel fiſcalibus horreis addicantur [h] inferre.

¶Militibus præſtãda eſt annona ſingulis diebus & ante lapſum anni. & ſi eam noluerint recipere, fiſci commodis applicatur. Bartolus.

Imperatores. Valentinianus Theodoſius & Archad.aaa. LEX.VI.

FOrtiſſimi ac deuotiſſimi milites annonas & capita [i] ſingulis diebus, aut certè competenti tẽpore, id eſt priuſquã annus elabatur, de horreis conſequãtur: aut ſi perceptionem ſuam ac ſi †debitam ſtudio voluerint protelare: id qđ competenti tempore minimè perceperint, fiſci noſtri commodis vẽdicetur.

¶Qui tempore fertilitatis annonam neglexerit recipere de publico tempore cariſtiæ pretiũ ipſius aut annonam non petet. Bartolus.

Imperatores Theodoſius Arcad.& Honora. aaa. LEX.VII.

NVlli militarium †pro ijs annonis quæ in prouincijs delegantur [k], repudiata ad tempus ſpecierũ copia, & inopiæ occaſione captata, pretia liceat poſtulare ita vt ſi quis propter anni abũdantiã ſuſcipere oblata neglexerit, ac poſtea impoſitis ꝓ neceſſitate rerũ pretijs, repudiata taxauerit: neq; id qđ cõtra hanc legẽ expetit [l], ſinat exigere: neq; id qđ accipere diſſimulauerit, conſequatur.

QVidā obligauerat e terram quādam suo militi: deinde cùm filius sui domini longum post tempus g pecuniam offerendo pignus liberare voluisset filius militis contendebat patrem suum à domino suo defuncto de prædicto pignore inuestitionem feudi accepisse. vnde viri prudentes Mediolanenses interrogati laudauerunt, in electione filij militis esse cum. xij. sacramentalibus iurare patrem suum h vel se à domino suo per inuestiturā prędictam terram tenuisse: ita vt per xxx. annos i cōtestatio pignoris à parte domini aduersus ipsum vel patrem suum facta non fuisset. Si autem ipse iurare noluerit: filius defuncti domini necesse habet iurare cum duodecim sacramentalibus defunctum militem inde per feudum inuestitum nō fuisse. Quòd si ita iurare recuset, inuestire ipsum filium militis domini filius debeat dicta terra per feudum debet.

¶ Finis Libri primi Feudorum.

habituram pacta fuerit. C. de coll. l. iij. vel etiam si de futura successione non tractatur. sed si ignarus fortè vasallus de alieno feudo inuesturam accepit, vel etiam sciens, & nominatim de euictione cautionē habuerit vel accepit: cur nō valeat, non video: nimirum quoniā vēdere rem alienā posse nulla est dubitatio. ff. de contrahen. emptio. rē alienā. Vel intelligit quo ad prędiudicium vasalli, sicut Mediolanē. faciunt vt no. etiam. j. si de feu. defun. contro. fue. c. 1omoribus. &. j. de inuesti. rei alie. c cūm de re alie. hęc ita dicta sunt secundùm P. sed secundū Mediolanen. non. namquod ipsi dicunt dummodo de feudo viuente illo nullum detrimentum patiatur: istud consonat. ll. s. notatis. & est argum. ff. de 2oseru. rusti. prędi. per quē. &. ff. de aqua plu. arcen. in concedendo. licet videatur argum. contra. ff. de aqua quotidiana & ęstiua. lucio.

g Successores.] Sed cur in eo qui habet successores, idem iuris non est: cū nullum prædi3ocium ipsi hęredibus vè suis fieri debeat? Respō. huic studiosus respond. Non omnium quæ â maioribus tradita sunt. ratio reddi potest. ff. d leg. & con. non omnium.

f QVidā obligauerat.] super hoc. c. pauci titul. 4o, habēt vel rub qui autē habent, talem consueuerunt habere: de vsu mediola. quo non vtimur.

g ¶ Longū tempus.] hic habetur qď. s. proxi. not. est. c. si quis obligauerit scilicet quia ius offerendi non tollitur longo tempore: vt. C. de pigno. 5oacti. nec creditores.

h ¶ Suum.] post ista verba secundū quædam exemplaria in text. habentur hæc adiecta, à domino suo post inuestituram prędictam defuncto postea continuantur sub

seq. ſ. per inuestituram prædictam &c. quę sequuntur.

i ¶ Per. xxx. annos.] Hic not. præscriptio. triginta annorum in feudo 6olocum habere. vnde si aliquis per triginta ann. feudum possedit, & seruitium domino exhibuerit: quāuis de ea re nū quā inuestitus fuerit, tamē præscriptionem acquisiuit, ita q se tueri poterit, vt. j. si de feud. fue. con. e. si quis per. xxx. annos. Quid ergo si à possessione ceciderit iste qui prę scriptione se tueri potest, nunquid vendicare poterit? Respond. vtique adhibita distinctione quæ fit in. C. de præ. xxx. vel. xl. an. si quis emptionis &c. sed quod dicitur. j. eod. videtur mirum q filius iurare debet post inuestituram patrem suum mortuum fuisse, & se per feudum quoq; rem tenuisse: ita vt per. xxx. an. contestatio pignoris facta non sit. sed domino defertur de incerto scilicet defunctum militem per feudum inuestitum 7onon fuisse. Sed cur non sufficit ipsum probare contestationem pignoris factam: vbi tantū alter præscriptione feudi se tuetur? Respond. hoc non negatur hic: sed hic filius volebat se tueri, dicens patrē suū inuestitū. vn deputo q si tantū præscriptionē feudi alleget filius defuncti, q filius domini non aliud teneatur probare nisi patrem suum pignorasse, & contestationem factam fuisse ante spatium triginta annorum. est enim legitima interruptio si per executorem consecuta sit conuentio: vt. C. de præscrip. xxx. an. sicut. argu. ad hoc. C. de pigno. actio. neque.

¶ Explicit Liber primus Feudorum.

Incipit Liber secundus feudorum.

Consuetudo in feudis leges vincit.

a b ¶ DE FEVDI COGNI. *Quidã nõ habent de feu. cognit.* Bertus de orto. Vim suã extendunt.] acsi apertè dicat consuetudo in feudis vincit leges: licet contra dicatur C. q̃ sit lõg cõ, l. consuetudinis, sed hoc intelligo de equa, nõ de iniqua consuetudine, ibi nimirum malè inuẽta: & malæ consuetudines non confirmantur etiam 10lõgo tempore: vt in aut, vt nulli iudicum. §. nulli verò. collatio, ix. & in decret. distinctione. viij. c. mala. consuetudo. &. c. consuetudo.

c ¶ Cõprehẽsus.] ac si apertè dicat argumentis non est credendum: nisi in consuetudinibus feu 20di: licet in legibus reperiatur contra. ff. de re iudi, non omnes. §. à barbaris. Sed nunquid de similibus ad similia est procedendum? & vtique vt opinor sic vt in legibus. ff. de legi. & constit, nõ possunt. Quid est ergo q̃d dictum est in feudo, q̃ argumen30tis nõ est credendũ? Rñ. intelligas quando simile non apparet: & lex quid fieri debeat indicat. nam tũc sequẽda est, l. &. ar. superflua non concedunt. ergo hic primò considerat consuetudo. secũdo similia vel lex. nã lex consuetudini non potest obstare. q̃d est itelligẽdũ vt. §. simile legitur in decretis. nam nec decretis possunt obuiare leges: vt in decre. x. distin. lege.

d ¶ Cõhærẽtibus.] veluti in rebus immobilibus: & q̃d sequitur, aut solo cohærentibus. vt puta in fructibus qui pẽdẽt sol fundo, qui, vt pote fundi pars ipsi fundo cohærere dicuntur: nam fructus pendentes, fundi pars esse videntur. vt. ff. de rei vend, fructus.

d ¶ Immobilia.] vt sunt panes ciuiles: vt. C. de iu. do. l. fina. §. præterea. Sed nunquid debitorum nomina iter immobilia cõputãtur? Respon. hoc ab antiquo quæsitum est, & alibi satis disputatum, & ideo omittimus.

Debitorũ noia inter immobilia nũmerãt,

f ¶ De cauena.] melius dixisset iudicio meo veluti feu. &c. vt sic intelligatur q̃ non sit expositiuũ illius verbi aut in his quæ inter immobilia computantur: & sic feudum 70cameræ aut cauenæ computabimus in rebus immobilibus vel etiã solo cohærentib s: vt. ff. vnde vi. l. j. §. iij. Accursius.

Insiurãdum loco probationis succedit.

g ¶ Nisi inuestitura.] intelligo aut eo quod habetur pro inuestitura, vt puta cũ iusserit dominus aliquem ire in possessionem. licet enim possessionem non tradiderit, pro eodem tamen habetur: vt. j. de consue. re. feudi. capitu. iciendum. licet illud feudum ad hæredes nõ transeat: vt. ſ. quib. mod. feudum constitui. põt. c. sciendum. & ideo simile est huic q̃d dicitur, actore non probante reus & si nihil præstiterit, obtinebit: vt glos 80satur. C. de edend. qui accusare. nam licet hic deficiat inuestitura, sufficit tamen quasi inuestitura: sicut & ibi, licet deficiat probatio: sufficit tamẽ quasi probatio: quia intelligitur iusiurandum delatum & præstitum. succedit enim loco probationis iusiurandum. & quasi probatio appellatur. ff. de iureiurando. non erit. §. dato. & lege, sed & si. §. finali. & lege, tutor. Accursius.

h ¶ Aut successione.] istud potest habere locum in cohæredibus, sed non in filio cum pater succedat: nimirum quia etiam viuente patre dominus intelligitur: vt inth. de hære. qua. & diffe. §. iui. & alibi dicitur q̃ penè ad propria bona venire intelligitur: vt. ff. de succ. edicto. l. j. §. lar-

Incipit Liber secundus Feudorum.

TITVLVS I.

De feudi cognitione a.

¶ Causæ generaliter aut decidũtur iure Romano, aut legibus Longobardorum, aut consuetudine: sed causæ feudales decidũtur cõsuetudine, quæ uincit legẽ in hac parte: licet contrariũ dici soleat. consuetudine autẽ deficiente decidi possunt etiam lege scripta Baldus.

Bertus de orto, Anselmo filio suo dilecto salutem. Causarũ quarũ cognitio frequẽter nobis cõmittitur, aliæ dirimũtur iure Romano: alię verò legibus Lõgobardorũ: alię aũt secundũ regni cõsuetudinẽ. quę quãquã sint variæ & quãquã secundũ diuersorũ loco rũ aut curiarũ mores sint diuersę, nec breuiter possint dici, nec hoc libello facilè cõprehẽdi: vsum tñ feudi qui in nostris partibus obtinet, prout possibile est exponere tibi necessariũ duxi. In iudicio etenim q̃d de feudis agitur, illud legibus nostris contrariũ dici solet. Legũ aũt Romanorũ nõ est vilis authoritas: sed non adeo vim suam b extendunt vt vsum vincãt aut mores. Strenuus autem legisperitus, si cubi casus emerserit qui consuetudine feudi non sit comprehensus c absq; calũnia vti poterit lege scripta. Sciendũ est autẽ feudũ siue beneficiũ nõnisi in rebus soli, aut solo cohęrẽtibus d, aut in ijs quæ inter rimmobilia c connumerantur (veluti cũ de camera aut de cauena f feudum datur) posse consistere: ac feudum neminẽ posse acquirere nisi inuestitura g aut successione h.

TITVLVS II.

Quid sit inuestitura i.

¶ Inuestitura alia propria, ut possessio: alia abusiua, ut quando hasta uel aliud corporeũ porrigitur uasallo à domino pro inuestitura. Bald.

Nuestitura quidem propriè dicitur possessio: abusiuo autẽ modo dicitur inuestitura quando hasta vel aliud corporeum quidlibet porrigitur à domino feudi se inuestituram facere dicente: quę q̃dẽ ab illo fiat q̃ alios habet vasallos k saltẽ coram duobus ex illis solẽniter fieri debet: alioqui licet alij interfint testes inuestitura minimè valeat. Si enim domino adhuc in possessione constituto, an facta sit inuestitura quæratur: non debet p̃bare nisi per pares curtis illius domus, vel per publicum instrumentum à tribus vel à duobus paribus confirmatum. Nam si instrumentum defecerit, vel quia factum nõ fuerit, vel quia amissum sit: tunc qui probare desiderat, pares curiæ illius qui interfuerint, offerat, qui si denegauerint, fortè corrupti odio vel gratia seu pretio, & dicant se non interfuisse, tunc domino dabitur sacramentum vt aut iuret, aut referat vasallus 70vt infra. §. proximo. &. §. si verò inuestitura. quod quidem verũ est licet q̃ dominus debebit iurare si vasal. aliunde non habet feudum ab ipso domino. aliàs enim de æquitate remittitur domino iusiurandum vt. ſ. de contro. inue. §. si verò feudũ. & hæc vera sunt cũ de noua inuestitura agitur. si autem agatur de veteri: tunc etiam extranei testes recipiũtur: vt. j. de consue. recti feudi. c. sciendum. in fin. Et hæc vera sunt in laico dño. ī clerico aũt dño indistinctè admittũt pares & extranei: vt ſ. si de inuest. inter do. & vasal. lis ori. §. si aũt se ventur ũ. quod verũ est cũ de rebus ecclesię facit inuestituram. si autem de suis proprijs: tunc idem dicendum est & obseruandum in clerico quod obseruatur in laico: vt in 80fra qui testes sunt necessarij ad probandum nouam inuestituram. capitu. primo. & hæc vera sunt quando dominus est in possessione. Si autem vasallus est in possessione: tunc si stetit in possessione per annum, & domino sciente & non contradicente, sine aliqua probatione testiũ sol° iurabit va. sel patrẽ suũ inuestitũ fuisse: ne afs iusta ignorãtia vel parui tp̃is negligẽtia cũ iniquæ possessionis p̃iurio q̃q; dño possessionis damnum afferat: vt. ſ. si de inue. inter do. & vasal. lis oriatur. capitulo si autem aliquis. quæ autem dicta sunt de sacramento præstando

i ¶ QVID SIT INVESTITVRA. *Quidam non habent hic tit. nec rubricam, & malè.*

k Nuestitura. Vasallos.] circa hunc articulum talis est facienda distinctio: aut agitur de noua inuestitura, aut de veteri: aut dominus habet pares, aut non. Item aut va. põt p̃bare p̃ breue testatũ, aut nõ: afs possidet dñs, aliâs nõ. Itẽ aut est dñs cleric°, aut laic°. afs cõpellit pares, aut nõ vult cõpellere. Itẽ afs habet 20vasalli feudum: aliâs nihil habet. siquidẽ agitur de noua inuestitura, & dominus habet pares & est in possessione feudi: tunc debet probare vas. inuestituram per pares vel etiã per breue testatum: & ab ipsis paribus confirmatũ vt. j. §. pro. sed secũdm Mediol. etiam si ab alio est confirmatum, sufficiens est: vt. j. qui testes sint necessad probã. nouã inue. cap. siue clericus. &. c. sed sciendum est. & hoc vbi dominus cõpellit pares iurare. si autem pares aliqua ex causa noluerit iurare, nec dominus com40pellit eos: tũc licebit ẽt per extraneos inuestituram probare: vt. j. proxi. §. & si extranei noluerint iurare: tunc âcomite vel à populo debent compelli iurare. q̃ si nolnerint eos cõpellere: tũc vas. cũ misso domini ad imperatorem ibit. & q̃d imperatoriudicauerit, seruabit vt. ſ. si de inuest. inter do. & vasal. lis ori. c. j. & hęc vera sunt, cum dominus habet pares. si autẽ dominus nõ habet pares: tũc sufficient testes extranei ad probãdã nouã inuestituram: vt. j. c. §. fi. ỹ onec dicat quis inuestituram v a 60lere, cũ fine paribꝰ facta est quãdo pares haberẽt: q̃m si absint, expectandi sunt: vt. j. de cõs. re. feu. c. sciẽdũ. hęc ỹa sunt cũ vas. p̃bare põt p̃ testes. si ỹo p̃bare nõ põt p̃ testes nec p̃ publicũ instrumẽtũ siue per breue testatum:

70 vt infra. §. proximo. &. §. si verò inuestitura. quod quidem verũ est licet q̃ dominus debebit iurare si vasal. aliunde non habet feudum ab ipso domino. aliàs enim de æquitate remittitur domino iusiurandum vt. ſ. de contro. inue. §. si verò feudũ. & hæc vera sunt cũ de noua inuestitura agitur. si autem agatur de veteri: tunc etiam extranei testes recipiũtur: vt. j. de consue. recti feudi. c. sciendum. in fin. Et hæc vera sunt in laico dño. ī clerico aũt dño indistinctè admittũt pares & extranei: vt ſ. si de inuest. inter do. & vasal. lis ori. §. si aũt se ventur ũ. quod verũ est cũ de rebus ecclesię facit inuestituram. si autem de suis proprijs: tunc idem dicendum est & obseruandum in clerico quod obseruatur in laico: vt in 80fra qui testes sunt necessarij ad probandum nouam inuestituram. capitu. primo. & hæc vera sunt quando dominus est in possessione. Si autem vasallus est in possessione: tunc si stetit in possessione per annum, & domino sciente & non contradicente, sine aliqua probatione testiũ sol° iurabit va. sel patrẽ suũ inuestitũ fuisse: ne afs iusta ignorãtia vel parui tp̃is negligẽtia cũ iniquæ possessionis p̃iurio q̃q; dño possessionis damnum afferat: vt. ſ. si de inue. inter do. & vasal. lis oriatur. capitulo si autem aliquis. quæ autem dicta sunt de sacramento

præstando

prestando intelligenda sunt cũ determinatiõe eius qđ legitur.j.de consue.recti feudi.ca.sacramentũ.&.c.itẽ fr inter dominũ.Accur.

a ℊ Domino cogẽte.] huic videtur obuiare.C.de test. nimis graue. & istud accidit ꝓpter iurisdictionẽ quã habet dominus, est em̃ istorum iudex:& ideo ab eo cõpellẽdi sunt veritatẽ reuelare:vt in lõbar.de off. iud. vt iudex. Quę autẽ dicta sunt de probatione nouæ inuestiturę intelligenda sunt de eo qui nouum feudũ nõ habebat: vt.j.de contro.inuest.§. ij. Sed fortè vbi habet breue testatũ vasall' hîc facienda est subdiuisio: scilicet vtrum possideat dñs an ipse vasall': vt in primo casu nõ sit sufficiens corroboratio ꝑ extraneos vt hîc.in ꝑcõ sufficiant extranei: vt.j. qui testes sunt ne .ad proban.nouã inuesti.c. siue clericus.

b ℊ Cõpellat.] hanc pœnã patitur dominus si nõ cõpellat, scilicet ꝙ extranei & ꝙ aliâs repellerẽtur, admittãtur: qui extranei à populo vel comite cõpellũtur : vt .ẽ.si inter do .& vas.lis .ori.c. j. Sed quæro si vasallus ꝙ alios testes non possit ꝓbare nisi ꝙ pares, & dñs eos testimoniũ dicere nuẽtes nõ cõpellit: quid iuris sit? Rñ. intelligo ꝙ possit â comite vel à populo postulare vt cõpellantur. q si cessauerint: 4o iperatorẽ adire debet: & ꝙ inde statuerit, obseruare: sicut de extraneis dictũ est.ẽ. predi.ti. nã ꝙ dicitur.ſ.licere ꝙ alios ꝓbare:fauore vasalli dicit vnde nõ debet ad eius lę sionẽ retorqueri:ꝙ esset si partiũ ꝓductio denegaretur ꝙ extraneos cũ ex- 5o tranei abfuerunt: nã & alibi dicit fauore pupilli ne tutor possit hęreditatẽ delatã pupillo sine eius voluntate vel actu acquirere.C. de iu deli. potuit.ꝙ sic.ſ. intelligendum est vt in eius ꝓniciẽ nõ reuertatur:ꝙ fieret si adhuc fari nõ posset,vel 6o sensu careret: vt puta quia est furios'.C.ad tre l.pe.sic ergo ita est interpretatio facienda vt in vasalli perniciem nõ reuertatur quod in eius priuilegiũ fuerat concessum.Similia studiosus inquirat.Sed dici potest ꝙ proprietate priuetur dominus hoc ipso,sicut not.j. in quib.cau.feud.amit.§.illud te non lateat.alıâs.§. item qui domino suo.

c ℊ Possideat.]intelligo de ea re quę verè possideri potest.

d ℊ Vel si feudũ.]istud vel ideo dixit:quia huiusmodi annuę præstatio 7o nes loco vsufructus habentur:vtpote seruitutes verè nõ possunt possideri,sed quasi:vt.ff.de vsufru. si quis ita.& de an.leg.in singulos.& de vsuc.sequitur.& de serui. quoties.nõ ergo in talibus vera possessio est, sed quasi.vnde nec vera traditio.ff.de act.emp.l. ratio.§.si iter.& hoc est qđ dicit duabus seu tribus acceptionibus quasi &c.huic simile est qđ dicit duabus seu tribus acceptionibus quasi &c.huic simile est qđ de fideicom.dicitur. C. de fideicom.l.j.& argu.ff.de vsur.cũ de in rẽ verso .licet contra videatur.C.de pact.si certis.

e ℊ Suum esse feudum.] quod intelligendum est secundũ distinctionem illius.c.j.de con.re.feu.ca.sacramentum.

f ℊ Adempta.]hoc sic intellige.i.domino in probatione deficiente: 8o &ꝓsumatur postea iusiurandum ad cautelam ab ipso vasallo,sicut &.ẽ. notatum est.nam si aliter intelligatur,absurdum videtur vt quod vasallo in eodem casu conceditur probare,denegetur domino:vt.j.§.proximo dicitur ,liceat ei tenorem &c.vel si vis intelligere quod dominus non admittatur ad probationem intelligas istud quod violenta ꝓsumptio & talis quę non recipit probationem in contrarium erat pro vasallo.& de hac ꝓsumptione tractatur in principio libr. dispu. hic ergo & in.§.seq.not.sic semper aliquid fore concessum vt consuetudo confirmet se cum inuestitura facta fuerat, vel non reminisci,tũc domino cogente[a] iurent tactis sacrosanctis scripturis,ꝙ huiusrei veritatẽ nesciãt & tunc actor aut alios producat pares,aut iurisiurãdi domino detur electio:vtproinde iuret inuestituram factam non esse:aut sacramentũ vasallo referat:& ille aut iuret,aut acqescat. Quòd si iurare pares aliqua ex causa recusauerint nec dominus eos iurare cõpellat[b] liceat vasallo etiam per extraneos probare inuestituram . Testibus verò deficientibus,iurisiurãdi electio domino detur.

ℊ *Vasallo possidẽti feudũ cauenæ non opus est probatione:sed aut iuret,aut deferat si de inuestitura inter se & dominũ lis orta fuerit.Bald.*

¶ Si verò vasallus quidem possideat[c] vel si feudum[d] cameræ aut cauenæ in duabus seu tribus acceptionibus quietis quasi possideat, dominus autem feudum negans esse,rem suam petat:vel quod de camera vel de cauena bis vel ter(sicut diximus)iam solutũ est,deinceps soluere renuat:tũc nõ est opꝰ ꝓbatiõe:sed possidẽti data electione, aut iuret suũ esse feudũ[e] rectũ,aut domino referatur iusiurandũ. ¶ Si autem inuestitura ab eo qui vasallos non habebat dicatur facta:tũc per quoslibet idoneos testes aut per publicum instrumẽtũ ꝓbari potest aut ĩopia probatiõis emergente res decidat̃ per iusiurandũ.

ℊ *Contentione orta inter dominũ & uasallum de pactis appositis inter eos præter conditionẽ feudi uel naturã:uel quia dominus allegat pactũ in sui fauorem,uel dicit fundũ datum sub tali cõditione ut uasallus associet uxorem suam ad ecclesiam festiuis diebus,domino quidẽ incũbit probatio:eo autem in probatione deficiente,uasallo defertur iusiurandum.Bald.*

g ¶ Præterea si aliquis tenor præter communem feudi rationem in inuestitura à domino dicatur interuenisse:vel si dicatur feudum sub tali conditione dedisse,vt vasallus in festiuis diebus vadat cum vxore sua ad ecclesiã:omni facultate probandi domino adempta[f], habeat vasallus potestatẽ defendendi se ꝙ sacramentum.Item si vasallus per peccatum speciale contra feudi cõsuetudinem allegat,velut de filiarum successione:liceat ei tenorẽ, si potest, sicut inuestituram probare.ꝙ si in ꝓbatione defecerit vel cessauerit:cõcedatur domino hoc denegare iure iurando ꝓstito.

TITVLVS III.

Per quos fiat inuestitura, & per quos recipiatur.

ℊ *Vetus inuestitura fieri potest etiam à maiore uel a quocũq;:noua autem non potest fieri ab alio quã ab eo qui habet legitimam bonorum administrationem.qui enim alienare prohibetur sua bona,nec in feudum dare potest.Bald.*

INuestitura aũt aut fit de veteri beneficio, aut denouo[g], ℊ de veteri fit, etiam a minore[h] potest fieri Siue aute à minore, siue à maiore fiat: nõ de omni possessione vasalli,sed de iusta i ꝑ tãtũ facta intelligitur: nisi aliud nominatim dicatur. Noui verò inuestitura feudi non ab alio rectè fit, nisi ab eo qui legitimẽ suorum bonorum[k] administrationẽ habet. Qui enim qualibet ratione aliquid de suis rebus[l]

Nuestitura autem. De nouo. quę sit noua inuestitura, tractatur infra qui testes sunt necessarij adprobandum no. inue.c.j.

h ℊ A minore.]& meritõ quoniam non alienat: sed alienatum inuenit, & maiorum suorum factum confirmat.vnde dicit ꝙ si pignus incipit à maiore:& secundũ cõuentionem creditor distraxerit illud:qđ minor restitui postulans non audit: vt. C.si ad. vendi. pigno, l.j.& ij.

ℊ Sed de iusta.]simile reperitur in trãsactione facta. nõ enim rebus sẽper legitimè possessis nõ furtinis obstat pactũ. ff. de pact.tres fratres.&.C.de excep.aduersus.Itẽ si debitor meo liberationem relinquo: quoniã tantũ de his videor liberationẽ reliquisse quę iustè,id est sine dolo vel fraude mihi tenebatur.vnde de rebus furtiuis ab hęrede ose tueri nõ poterit.ff.de li.le non solũ.§.si hęres nam econtra si hęres possessionem tradere iussus vitiosam tradat possessionẽ, non videtur tradidisse:vt.ff.de leg.iij.qui concubinam.§.sed si hęres. &.ff.de acqui.possessio. non videtur.& de actio. emp.& vẽ.l.ratio.

k ℊ Suorum bonorũ.] hic videtur ꝙ de bonis non alienat qui veterem facit inuestituram.& meritò:qa in bonis ius feu, computatur:vt.ff.de ver. sig bonorũ . nimirum si ager vectigalis i bonis cõductoris est: quanto fortius feudum in bonis vasalli est,vt ibi.

l ℊ De suis rebus.] Huic instat solicitus:si prohibitus sit hęres vendere feudum sibi legatum , vt ꝓpiſsime accidit : nunquid in feudum dare poterit aliquid de bonis suis,cùm sit verum aliquid de bonis suis alienare prohibitum? Respondeo istud est dictum tantum de re prohibita.id ergo ꝙ nõ potest vendere,nec poterit postea alienare scilicet in feudum concedendo: quoniam alienationis verbo etiam pignoris obligatio , quod minꝰ esse videtur, continetur. C.de rebus alie.non alienand.lege finali.sed adhuc 7o instat prędictus.alienatione cõmuni omnis actus continetur per quem dominium transfertur Codice de fundo dota.lege prima.sed iste non trasnfert dominium qui in feudum concedit. non debet ergo alienationis prohibitione in feudum dare prohiberi quod alienare prohibẽtur. Respondeo falsum est:imo dominium alienat,scilicet vtile.retinet tamen directum:vnde vtilis & nõ directa vendicatio datur:vt.j. de inue. rei alienę.§.rei autem &c. Item obijcitur:quia reperitur ꝙ aliquis põt alienare rẽ sibi prohibitã alienari:dum tamen per aliũ modum alienet vt ecce res litigiosa ꝓhibita est alienari:& qnę iudicij mutãdi causa trãsfertur,similiter inhibetur.ff.de alien.iu.mu.cau.fa.ex hoc.§.alienare.& 8o C.de litt.l.iij.& authen.eo.Respon.ille loquũtur in his quibus alienatio generalis non est prohibita.hic autẽ cõtra.nam appellatione generis quęlibet species continetur:vt in.l.prędicta de re.alie.non alienã sed appellatione speciei nõ continetur genus:nisi in vnico casu,qđ memine rim:vt.ff.de statu liber.l.statuliber.á cęteris.& partis appellatione qñq; totum totum continetur.argu.ff.de leg.iij.l.vxoris.&.C.de hęre.instituta.l.j.&.ff.de hęre.insti.si quis ita.

+ No.hic Bal. super his verbis ꝙ facta generali cõfirmatiõe priuilegiorũ non intelligũtur cõfirmata nisi iusta priuilegia:& adducitura ꝙ quę hoc ꝓbat. deide sumpta occasiõe subiũgit quẽdam quę stionem satis vtilem vt ibi vide re poteris

Dñium nõ transfert qui in feudum concedit.

Generis appellatione quęlibet eius species cõtinetur.

a ¶Proximiori.]& vere:qa nõ intelligit alienatio:vt.ff.de le.iij.pater. §.quidecim.hic ergo cõcedit agnatis.qđ alijs denegat. nã & alibi similia inuenire potes:vt.ff.de pact.imperator.& de cõtrah.emp.q officij. & de mi.xxv.an.si in emptionẽ.&.C.de admi.tu.l.lex quæ.alibi aũt cõceditur extraneis qđ agnatis denegat.vt.C.vbi pu.ed.de.l.fi.hic ergo dicitur q agnati preferuntur si tã impeditur alienare:is nec per feudum poterit inuestituram facere.

¶Res cuius alienatio prohibetur,in feudũ dari nõ potest.fallit in duobus casibus hic positis.Bal.

¶Sed etiã res cuius alienatio prohibetur,nec per beneficiũ dari cõcedit,nisi in casibus:vt ecce:si quis ex agnatis tuis rẽ quę à cõi parẽte per succcesionẽ ad eũ puenerit, aliena re voluerit:nõ permittit ei etiã secundũ antiquã cõsuetudinẽ alij eã vẽdere:nisi tibi vel alij ꝓximiori [a] pro ęquali pretio acciperevolẽti:ꝙ feudũ tñ cuilibet dare potest, nisi fiat in fraudẽ [b] nostræ consuetudinis vel legis nouę bonæ memoriæ Lotharij vel Friderici ĩperatoris. tũc em̃ rescissa inuestitura,reddito à te vel ab alio ꝓximiori [c] videlicet secundũ antiquã consuetudinẽ pretio si qđ dederit:is qui inuestituram accepit,cõpellat̃ rẽ tibi restituere [d].Personã verò inuestituram accipientis nõ distinguimus [e].Nã etiã seruus inuestiri poterit,nisi ignorantia [f] prętẽ detur.Sed vtrũ ipse vel alius pro te inuestituram faciat vel suscipiat, nihil interesse putamus [g].potestem̃ hoc negotiũ & ꝓ procuratorẽ ab vtraq; parte expediri. ¶Fœminã [h] quoq; etiã noui feudi inuestituram facere posse plerique consentiunt. ¶Nulla aũt inuestitura debet ei fieri qui fidelitatẽ facere recusat [i]:cùm à fidelitate [k] feudum dicatur.vel à fide:nisi eo pacto acqsitum sit ei feudũ vt sine iuramento fidelitatis habeatur.

TITVLVS IIII.

Quid pręcedere debeat, an inuestitura,vel fidelitas.

¶Fidelitatẽ præcedere debet inuestitura. Bal.

VTrum autem præcedere debeat fidelitas inuestituram, an inuestitura fidelitatem ,quæsitum scio:& sæpe responsum est inuestituram debere præcedere fidelitatem.Fidelitatem autem dicimus insiurandum quod à vasallo præstatur domino.

TITVLVS. V.

Qualiter iurare debeatvasallus domino fidelitatem.

¶Vasallus domino iurare debet q,sibi erit fidelis:& q,credentiam sibi cõmissam non manifestabit.domesticus aũt & subditus addere debet. nominatim seruare uitã,membrũ,mentẽ,& eius rectum honorem.Baldus.

QValiter autem debeat iurare vasallus fidelitatem videam⁹. Iurare scilicet sic debet:Ego iuro ad hęc sancta dei euangelia quòd ammodo in antea ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus domino· nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit dominus,pandam alij ad eius detrimentum [l] me sciente. ¶Si verò domesticus [m],idest familiaris eius sit cui iurat:aut si ideo iurat fidelitatem,nõ quòd habeat feudum,sed quia sub iurisdictione sit eius cui iurat:nominatim vitam,membrum,mentem, & eius rectum honorem custodire iurabit.

b ¶In fraudẽ.]in fraudẽ consuetudinis facere videt fortè q castè natus est:vel ita ad eã ętatẽ ꝓuenit vt filios habere nõ possit.vel si ideo facit vt priuet eũ qui in ea succedere debet,à sua successione:vt habes de eo qui talẽ natã in fraudẽ creditorũ.

c ¶Proximiori.]nam &als volentibus emere prędia suorum maiorũ ius fauorabile inuenitur:vt.ff.de contrahẽ.empti.qui officij.& de mino. xxv.annis .l. si in emptione.Accur si.

d ¶Restituere.]hoc ita verũ est vt reddat proprium pretiũ vasallo inuestito nisi ei succedat in proprietate & in alijs etiam pręter feudum.alioquin & sine pretio recuperabit nulla obstante prescriptione vt.C. de bo.mat l.ij.&.iij.Accur.

e ¶Distinguimus.]hic rõne psonę recipientis inuestituram nihil interest.nã & alibi no.q nihil interest à quo qd fiat:vt.s.&.j.hoc eodẽ libro.

f ¶Ignorãtia.]nã si dñs putat liberũ q postea seruus apparet, meritò nõ valet inuestitura.nimirũ incidente errore etiã matrimoniũ nõ tenet: vt in decre.causa.xxviij.&.xxix.per totum.& in authẽ.de nupt.§.si verò col.iiij arg.ff.sol.matr.si cũ.§.si.pariter ergo serui & liberi possunt inuestiri sicut hęredes instituti:vt.ff de hære.instũ.non minus.

g ¶Putamus.]hic not.q licitum est per alium qđ per seipsum nõ licebat:vt & alibi.C.de solu.l.nihil.&.ff.de solut.l.soluendo.&.l fuchum.§. ususfructus.&.C.de episco.& cleric.l.quisquis ad simili.& inst.de re.di. §.nihil autem.& in fum.vt in li.Py.iij.char.ru.imo licet per alium &c. licet contra sit superiorꝭ rubric.proxi.

a Licet per aliũ qđ p se non liceat.

h ¶Fœminã.]ergo in datione non successione similis est fœmina masculo:vt.s.dictum est,& adhuc infra notabitur.

i ¶Recusat.]hoc videlicet sic intelligo si penitus domino fidelitatem se facturum negat:non q inuestitura non debeat fidelitatem præcedere: vt.j.prope.nec enim est ei fides præstanda qui vult contra fidem versari vt alibi notaui solicitus.C.de pac.cũ proponas.

k ¶A fidelitate.]No.hic arg.ad nominis interpretationẽ.sic aliàs insti.de tu.in princ.&.ff.de verb.sig.l.bonorũ.&.l.malũ.§.pe.Sed quero in quem modum sit inuestitura facienda vel petẽda,& fidelitas præstanda & quãdo?Et vtiq; dñm honorificè adire debet vas.& præsentibus curię paribus vel alijs secundũ distinctionẽ quã fecimus.s.qđ sit inuestitura: nõ q inuestitura non valeat sine testib⁹ facta.sed ideo dicitur,ne veritas occultet:vt.s. q test. iunc.ad prob.no.inui.c.sine clericus.& nõ solũ adire,sed inuestiturã petere & fidelitatẽ polliceri debet:vt.j.in qui.cau.feu.amit.c.prima aũt.& j.de ca.cor.c.j. verbi gratia: Dñe mi talis rei inuestiturã putá fundi Cornelianũ quem à te possideo ovł possidere debeo,postulo:& fidelitatẽ tibi cõtra omnẽ hominẽ, exceptis anterioribus meis dominis,& imperatore, volo & paratus sum facere.suf ficit ẽt si dicat tm̃ postulo inuestiturã mei recti feudi. quo facto dominus debet statim inuesturã facere,& sacramentũ suscipere si sibi placuerit. sinautẽ poterit differre & erit hic talis adhibenda distinctio.s. an velit dñs incõtinẽti facere inuestiturã &suscipere fidelitatẽ:an velit differre. Quid ergo si dñs non faciat statim qđ facere debet? Itẽ si vltra diem & annũ steterit q inuestituram nõ fecerit,cũ intra annũ fuerit petita? Rñ. hoc nõ debebit obesse vasallo.sufficit enim si inuestituram petit scđm qđ debuit cũ aliud nõ dicat̃ in.l.friderichi.l.ĩperialẽ. ipsum facere debere,nec c.corradi.imo fortè hoc ipso proprietate dñs debebit priuari.nam sicut vas.priuaret feudo si inuestituranõ peteret intra annũ & diẽ:ita & dominus debet proprietate priuari si nõ postquã fuerit ab eo petita sicut debuerit,ipsum vasal.intra oid tẽp⁹ inuestierit. ar.j. qualiter do.à proprie.prius.c.ex facto.&.j.si đ feu. contro.fue.ca.domino cõmittente:fidelitas verò talis facienda est vt se quitur statim.c.qualiter autem debeat &c.& in tit.de forma fidelitatis & in alio titu.de no.forma fide.& in decret.causa.xxiij.q.v.de forma.& disti.lxiij c.tibi domino.Ergo notabis q fidelitas cũ fama dñi finitur, dñs excõicatur:& pariter cum fama restituitur:vt.j.hic finitur lex.c.domino guerram.& in decre.xv.q.vj.c.alius.& c.finali.

Fidelitatis forma.

Fidelitas cum fama extinguit.

¶QVID PRAECEDERE DEBEAT,AN INVESTI.

o *Quidam hic non habent rubricam,sed neq; ea.imo,§.tantũ,sed male.*

¶QVALITER IVRARE DEBEAT VASALLVS.&c.

l QValiter aũt.Detrimentũ.]iustè enim potest hic vasallus iurare.cũ aliàs dicatur q amitteret feudũ si credentiã domini scienter ad eius detrimentum manifestauerit:vt.s. hic potest esse titu.qui.mo.feu.amit.c.j.& in hoc tacramento cõtineri videtur q ipsum & dominũ suũ totũ exaltabit in quantũ poterit,& nunquã vitam aut membrum ne q; honorẽ quẽ habet sua volũtate aut consilio aut exhortatiõe perdet:sed in his omnibus adiutor erit eius secundũ suum posse:vt habetur in iuramento quod fecit Rex Otto papæ Ioanni.

m ¶Si verò domesticus.]Hic no.differẽtiam inter sacramẽtum domestici, & sufficit si in genere dicat in extraneo? Rñ.ga citius fraus præsumitur in persona domestici ad quem fortè domini hęreditas spectare videtur post mortem:vt.C.de nupt.viduę.& .C. vbi pupil.educa.l.fina.& quia plus solet timeri quod specialiter pollicetur quàm quod generali sponsione concluditur :idcirco specialiter in domesticorũ personis faciendа est

da est promissio: vt in decr. xxiij. dist. quanquã. Sed q̃ritur quę sint domestice pſonę? Rñ. oẽs quos leges domesticos appellãt: vt. C. de testibus, etiã iure ciuili, & inst. de test. or. §. in testibus. &. C. de quęstio. placuit. & C. de his qui ad eccl. cõfu. l. fi. §. pe. not. & omnes ad quos domini successio est peruentura in feudo propter prædictam rationem.

a ¶ DE FORMA FIDE. ¶ *Quidam nõ habẽt hũc titulum, sed male.*

b 10 IN epistola. Philiberti. De forma quæ in isto ca. exprimit, notabilia sunt omnia: sed id p̃ci puè nõ est omittẽdũ q̃d dicit in fine. s. q̃ dñs in his oĩbus fideli suo vicem reddere debet. q̃d si non fecerit, meritò cẽsebit malefidus sicut &c. Sed nũquid aliã pœnã patietur? Rñ. vtiq; talẽ qualem vasallus: id est si vasallus priuaretur feudo, dñs ꝓprietate: vt legitur. j. quã. dom. ꝓprie. pri. c. ex facto. & hoc est simile q̃d de patrono dicitur & liberto. nã liber 30ti non alendo patronos suos in paupertate positos puniunt à patronis, & in potestatẽ eorũ redigũtur: versa vice patroni nõ prẽstãtes alimenta libertis carebũt opis impositis cã libertatis, & ab eorũ hęreditate excludũtur vbi hęredes instituti 40fuerint: & ius patronatus amittũt: vt. ff. de lib. agn. l. alimẽta. & de iur. pa. diuus claudius. & de bo. liber. si patronus. & hic est argumen. ad mutuam præstationem.

† Facit ad hoc gloss. xiij. distĩ. nemi. & etiã hoc p hãi in. c. si sacerdos. contra dof. indi. ordi. Idẽ tenet Andr. de ſſer. hic. Domestice pſonæ quæ sint.

c ¶ DE NOVA FORMA FIDELITATIS. ¶ *Quidam nõ habent hic 50titulũ nec rubr. & male.*

d EST & alia de nouo. istud ca. in paucis consuetudinibus inuenitur: quia nouiter est inuentũ vt in prin. ipsius cap. potest perpendi.

e ¶ Contra omnẽ ho 60minẽ.] & merito debet ita iurare, q̃m vas' cõtra oẽs debet dñm adiuuare etiã contra fratrẽ & filiũ nisi contra alium dñm antiquiorẽ. hic em̃ cęteris est prę ferendus: vt. j. hic finitur lex. §. contra omnes. vñ si antiquior dñs in sacra. similiter ex 70cipiatur, nõ erit absonum. q̃ autem persona imperatoris nominatim debet excipi de omni sacramento fidelitatis, expressim dicitur. j. de pro hi. feu. alie. per fride. l. imperialem. §. illud quoque præcipimus.

Vasallus cõtra oẽs auxiliũ domino præst.

TITVLVS VI.
De forma fidelitatis[a].

¶ *Vasallus & dominus sibi inuicem auxilium & consilium præstare debent. Baldus.*

IN epistola Philiberti[b] episcopi in decretis. xxij. causa, de forma fidelitatis aliq̃d scribere monitus: hęc vobis quæ sequuntur, breuiter ex librorum authoritate notaui. ¶ Qui domino suo fidelitatem iurat, ista sex in memoria semper habere debet, incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile. Incolume: ne sit in dãno domino suo de corpore suo. Tutum: ne sit ei in dãno de secreto† suo vel de munitionibus suis ꝓ quas esse tut[o] potest. Honestum: ne sit ei in damno de sua iustitia vel de alijs causis quæ ad honestatem eius pertinere vidẽtur. Vtile: ne sit ei in dãno de suis possessionibus. Facile vel possibile: ne id bonũ quod dominus suus facere leuiter poterat, faciat ei difficile: nevè id q̃d possibile ei erat, faciat impossibile. Vt fidelis hæc documẽta caueat, iustum est. Sed quia nõ sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est: restat vt in sex prædictis consilium & auxilium domino prestet, si beneficio vult dignus videri, & de fidelitate esse saluus. Dominus quoq; in his omnibus vicem fideli suo reddere debet. quod si nõ fecerit, meritòcẽ sebitur malefidus, sicut ille qui in eorum prẽuaricatione vel faciẽdo vel consentiendo deprehensus fuerit perfidibus & periurus.

TITVLVS VII.
De noua forma fidelitatis[c].

¶ *Traditur hic noua forma iurisiurandi fidelitatis quod præstat vasallus domino. Baldus.*

EST & alia de nouo[d] super fidelitatis iuramẽto forma inuẽta, & vtentiũ approbata consuetudine: quę hodie ferè in oĩ curia vĩ obtinere: hęc. s. Ego Titi[o] iuro sup hęc sanctaDei euãgelia, q̃ ab hac hora in antea vsq; ad vltimũ diẽ vitę meæ ero fidelis tibi Caio dño meo contra omnẽ hominẽ[e]: excepto imperatore vel rege. Quod verbũ si rectè intelligat, nulla quidẽ indiget adiectione, sed integrã & perfectã in se continet[f] fidelitatẽ: sed ꝓpter simplices, & nominis significationis ignaros, ad illius verbi interpretationẽ hoc adijci solet, id est: Ego iuro q̃ nũquã scienter ero in consilio vel auxilio vel in facto q̃ tu amittas vitam, vel membrum aliquod: vel q̃ tu recipias in persona aliquam lęsionem vel iniuriam vel contumeliam: vel q̃d tu amittas aliquem honorem quem nunc habes vel in antea habebis. & si sciuero vel audiuero de aliquo q̃ velit aliq̃d istorũ cõtra te facere, pro posse meo, vt nõ fiat, impedimẽtũ ꝓstabo. Et si impedimẽtum ꝓstare nequero: quãcito potero tibi nunciabo[g]: & cõtra eũ ꝓut potero[h] auxiliũ meũ tibi ꝓstabo. & si contigerit te rem aliquã quã habes vel habebis, ĩiustè vel fortuito casu amittere, eã recuperare iuuabo, & recuperatam oĩ tp̃e retinere. Et si sciuero te velle iustè aliquẽ offendere[i], & inde gñaliter vel specialiter fuero req̃situs[k]: meũ tibi sicut potero præstabo auxiliũ. Et si aliq̃d mihi de secreto manifestaueris: illud sine tua licẽtia nemini pandã[l], vel ꝓ q̃d pãdatur faciã. & si cõsiliũ mihi sup aliquo facto postulaueris: illud tibi dabo cõsilium q̃d mihi videbit magis expedire[m] tibi: & nunquã ex pson[a] mea aliq̃d faciã sciẽter q̃d pertineat ad tuã vel tuorũ iniuriam vel contumeliã. ¶ Inuestitura verò facta, & fidelitate sub secuta, omnimodo cogatur dominus inuestitum in vacuam[o] possessionẽ mittere q̃ si differat, omnẽ vtilitatem[p] ei præstabit[q].

TITVLVS VIII.
De inuestitura de re aliena facta[r].

non habeat illud in textu.

i ¶ Iustè offendere.] benè iustè dicit: quia nõ tenet vasallus dñm ad iuuare si iniustè velit aliquẽ offendere. nisi ad dñi defensionem: vel nisi dubitetur vtrum iustè an iniustè velit eũ offendere siue guerram facere: tunc enim tenetur eũ adiuuare: licet quidã dixerint q̃ indistinctè tenetur eum adiuuare: vt. j. hic finitur lex. c. j. & hęc vera sunt & tenetur dñm adiuuare sicut supradictum est nisi dominus sit excommunicatus vel à rege bannitus: quoniam tunc interim vasal. est à sacramento fidelitatis solutus vt ibidem dicitur.

k ¶ Requisitus.] istud verbum nõ ponitur hic sine causa. nec em̃ vasallus tenet officiũ offerre 20dño. quãtocũq; em̃ tpe steterit q̃ dño nõ seruierit, ob hoc nõ amittit feudũ, dũ tñ dño petẽti seruire paratus sit. si tñ sciuerit dño magnũ periculum imminere puta mortem vel captionẽ vel q̃d simile: tũc vltrosè ei offerre debet. vt. j. hic finit 30 lex. §. ad hoc. &. j. si de feu. cõtr. fue. ca. licet vas. &. j. titu. an ille qui interfe. fra. domini feud. amittat. c. non cogitur.

l ¶ Pandã.] scienter ad damnum tuũ: vt. j. quaaliter vas. iura. debe. fide. circa prin. vnde si contra postea fecerit vasall' feu 40 dum amittet: vt. j. hic potestesse ti. qui. mo. feu. amit. ca. si capitanei.

m ¶ Expedire.] q̃d vasallus tenet facere si beneficio vult dign' videri, & fidelitate esse salu'. vt. j. tit. proxi. circa finẽ.

n ¶ Ex persona.] & meritò: cum em̃ vasallus 50 tenetur dominum adiuuare contra alios, & ab alijs eum defendere ne prędicta ei eueniãt: multo fortius in sua persona hoc attendere debet: vt argu. ff. de condi. ind. frater à fratre. §. porro. &. C de euictioni. l. siue.

o ¶ In vacuam.] sic. ff. 60 de actio. emp. ratio.

p ¶ Vtilitatẽ.] quæ fit circa rem. neq; em̃ si potuit ex vino & ex reditu negotiari, & lucrum capere, id æstimabitur: vt ff. de actio. emp. si sterilis §. cum per venditorem. Item si dominus ei fidẽ non seruauerit: aut si feudum promissum sibi nõ dederit: non tenetur seruare iuramentum fidelitatis: quia semper inhęret cõditio si fidẽ seruauerit domino: aut si feudum promissum præstiterit. & quia fidem seruare ei qui contra fidem nititur, graue est & iniquum. C. de tran. si diuersa. & in decr. causa. xxvij. q. ij. Agathosa. &. xxij. q. ij. ne quis. &. c. quare. j. & C. de pa. cum proponas. &. ff. de mi. xxv. ann. 80 auxilium. in fine. l. &. C. de non nume. pecu. l. fin. &. ff. ad. l. iul. de adulte. si vxor. &. ff. loca. quæro. §. inter locatorem. & de lega. ij. cum pater. §. libertis.

q ¶ Prẽstabit.] nec liberabitur dominus volens ei soluere interesse si eum pœniteat inuestituram fecisse, vt. j. fide feudo controuer. fuer. cap. si facta.

r ¶ DE INVESTITVRA DE RE ALIENA FACTA.

¶ *Quidam hic non habent titu, nec etiam capi. & male.*

a VM de re. Agere non poterit.] huic simile est. C. de euict. si fundum. & ff. de doli excep. l. apud. §. item labeo.

b ¶ Ignorauerit.] verũ est: quia scire debuit: vt. ff. de ędil. ed. l. j. §. causa. & ff. loca. sed addes. §. j. & C. commu. vtri. iu. si fratres. & ff. de pi. acti. tutor. §. j. & ff. de cõtrah. empt. l si in emptione. §. iij. & l. domum. & C. cõ. 10 de lega. l. vltim. §. vltim.

c ¶ Vẽdicare.] nec mirẽtur q̃s, cum & ei cõpetat rei ven. vtilis q̃ ppetuo vel ad non modicũ tps fundum cõduxit, dũ tamen tempus nõ sit finitum. ff. si ager vecti. l. j. §. fi. & l. fin. Item & si ſnpficiario datur. ff. de rei 20 ven. ſuperficiario. & ff. de pi. act. tutor. §. fi. & ſuperficiariũ tuetur prætor interdicto vti possidetis ſcđm conuentionẽ suã: vt. ff. vti pos. si duo. §. labeo. cũ ergo vtilis vẽdicatio ſupradictis conceditur, multò fortiº feudatario concedi solet, & 30 conceditur: vt j. de cõtẽtio. inter vaſallũ & aliũ. ca. si causa inter vaſallũ. quidam autẽ habent hic quaſi. Hic aũt potes facere illam quęstionem quã in ſumma fecimus: ſcilicet vtrũ vaſallus habeat aliquod dñium feudi. & de hoc dicas vt in 40 oſumma diximus. Accur.

d ¶ Per lõgatpa.] idẽ intelligendum est de tpe longiſsimo[a], maximè hodie: quia alienatio videtur prohibita. & hic est vnus alienationis modº, vñ nulla obſtabit ꝓſcriptio. & puto hoc itelligẽdum in poſsidente vaſallo, & maximè ignorãte dño. alioquin ſi dominº poſſidebat, bene põt ſeruitus longo tpe acquiri multò fortiº: lõgiſsimo arg. C. de ſeruit. l. j. &. j. &. ff. de ſeruit. vr. prę. foramen. habita tamen diſtinctione inter ſeruitutem & ſeruitutem ſecundum 60 quod ibi nota.

e ¶ Subſiſtere.] nam ſi per ſe ſubſiſtat, obſeruabitur quod legitur. j. hic finitur lex. §. ſi vaſallus. in feudo igitur ratione rei indiuiſibilis licitum deprehenditur qđ aliàs non liceret. ſicut aliàs licitè petitur inſolidũ qđ 70 aliàs pro parte peti nõ poſſet: quia res est indiuiſibilis: vt. ff. de ſer. le. l. fina. & ff. quæ in fraud. pat. l. j. §. quamuis, & de reg. iur. ea quæ. & inſumma: vt in lib. Py. rubric. licitum est inſolidum qđ pro parte non liceret. licet contrariæ ſint aliæ 80 rubricæ ſequentes. Accurſius.

f ¶ Meliorem.] & in hoc ſimilis est fructuario: vt. ff. de vſufruct. ſed & ſi quid. §. proprietatis idem dicitur de filio vel de ſeruo. C. de pa. l. ſi

a Cõtrariũ tenet hic. d. Alua. vide eundẽ hic ĩ j. col. verſic. quęro. cum gloſſ.

¶ *Miles ignorans a comite de aliena re aut pignorata inueſtitus, habet contra dominum actionem pro euictione: ſciens autem non, niſi ſtipulatio aut pactum interuenerit. Baldus.*

VM de re aliena vel alij obligata inueſtitura fiat: illud diſtinguitur vtrum ſcienti an ignorãti facta ſit. Qui enim alienæ rei ſciens inueſtituram accepit: niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit, de euictiõe † agere non poterit[a]: ignorans verò rẽ ctè aget vt aliud eiuſdem bonitatis ſeu quãtitatis ei præſtetur. Sed in eo nulla est differentia, qui inueſtituram feçit, vtrum ſciuerit, vel ignorauerit[b]. ¶ Rei autem per beneficium rectè inueſtitæ vaſallus hanc habet poteſtatem, vt tanquã dominus poſsit à quolibet poſſidente ſibi quaſi vendicare[c]: & ſi ab alio eius rei nomine conueniatur, defenſionem opponere. Nam & ſeruitutem eidem rei debitam petere poteſt & retinere. ¶ Quid ergo ſi pretio vel dolo aut incuria ſeruitutem rei beneficiariæ impo ni patiatur, & ad dominum ex qua libet cauſa poſtea beneficiũ reuertatur: an ex eo pręiudicium domino generetur, quęſitum fuit: & reſponſum est vt vaſallo quidem do nec feudum tenet, poſsit obeſſe: domino autem etſi per longa tempora[d] perſeuerauerit ſeruitus, minimè noceat.

† Quærit hic dominus Alua. an pẽdẽte cauſa euictionis teneatur vaſallus ad ſeruitia: & rñd. ſcđm Bal. q̃ ſic, ea ratione quia interĩ recipit cõmodũ.

¶ *Vaſallus poteſt feudi conditionem facere meliorem, non deteriorem in alterius præiudicium. Baldus.*

¶ E contrario autem ſi quid feudo à vaſallo additum ſit: ſi quidem tale adiectum ſit quod per ſe ſubſiſtere poſsit, id est vt per ſe cenſeatur, vt prædium: id nõ accreſcit feudo. Si verò per ſe non poſsit ſubſiſtere[e], vt ſeruitus: pleriſque placet feudo accedere, & ſicut partem feudi diſponendam eſſe. meliorẽ f nanq; conditionem feudi facere poteſt: deteriorem verò ſine domini voluntate vel eorum agnatorum ad quos per ſucceſsionem pertinet, facere non poteſt.

¶ *Feudum alienari non poteſt in alium: quinimo nec pignori obligari. Baldus.*

¶ Quamuis enim poſſeſsio per beneficium ad eum pertineat: tamen proprietas ad aliũ ſpectat: & ideo lius. &. C. de rebus credi. & iureiurando. nec filius.

g ¶ Quarte.] de hac quarta iure Romano reperitur q̃ ſi maritus ſine dote vxorem acceperit, & præmoriatur maritus: vxor quæ ſuperſtes inopia laborabat, quartam partem ſuorum bonorum ſi tres liberos vel paciores vndecunq; habuerint, reſeruare cõpellitur: alioquin ſi plures, in virilem portionẽ cũ ipſis ſuccedit: in qua computabuntur alia ſibi relicta à viro; vt. C. vnde 10 vir & vxor. & in auẽ. ibi poſita. & in auẽ. de exhi. & intro. re. §. fin. col. v. & hęc quarta nõ debet excedere ſummam. c. lib. auri: vt in aut. vt lic. mat. & auiæ. §. quia verò. coll. viij. proſpexit Iuſtinianus ad máximam dotis quantitatem cũ de tali 20 quarta aliquid ordinauerit. hãc etiam quartã cogitur maritus vxori relinquere iure longobar. vt in lombar. de his quę à viro in vxo. l. j. §. final. ſunt quoq; multæ aliæ quartę vtroq; iure inuẽtę, ſed de alijs nihil ad rhombum.

† Conſuetudo iquã tũ phibitoria: quia cũ feudũ cõcederet ob ſingularem idu ſtriam & fidem vaſalli, nõ debebat eũ poſſe inalium transferre. ar. ff. de of. pręſe. præ. l. j. & ff. de offi. eiº cui mã. eſt iuriſdi. l. j. in prin. ſcđm Al. & Bar.

30 ¶ Siue tertię.] de hac tertia reperitur iure lõgobardo. quoniam ſi longobardus voluerit relinquere in vltima volũtate vxori ſuæ vſumfructum, de rebus ſuis vltra id quod debet ſibi pro morigrapho. & metha, & habuit vnũ filium aut 40 duos ex alia vxore: non poſsit vltra tertiam partem relinquere ſibi ad vſufructuandum. & vide in lombar. de his quę à viro in vxorem dan. l. finali.

i ¶ Nec pignus.] in hoc. §. quid de pignore obſeruetur nihil ſtatuemus: quia in cõſtitutione determinabitur.

¶ QVALITER OLIM POTERAT &c.

k EST autẽ optima. cõſuetudine.] Hic dicitur de optima cõſuetudine: alibi vero de beata. nãvt 60 maiores quæſtiones ad apoſtolicum referantur & ſancta ſynodus & beata conſuetudo cõfirmat: vt ĩ dec. xvj. q. j. c. multis.

l ¶ Donare.] in hoc variatur vaſallº ab emphyteuticario qui tenet rem in emphyteuſim à fiſco: quoniam ipſe poteſt rẽ 70 emphyteuticariam donare: ſalua tamẽ ratione penſionis fiſci. C. de fun. patrimo. l. j.

m ¶ Vel in dotẽ pro filia.] in hoc variatur à liberto vaſallus: quoniam põt libertus dotare filiã ſuam. & ſi nõ ſuffiçiat reliquũ ad legitimã patro 80 oni: vt. ff. q̃ in frau. pa. l. j. §. ſed ſi libertus. nã & res q̃ ſubiacet reſtitutiõi, diminui dotis cã licite põt vt. C. ad treb. iubemus. aut. cõtra. & C. commu. de legat. authẽ. res quæ.

n ¶ Sub viliſsima.] ſimile

mile eſt qđ dicit ff. loca. l. ſiqs vno nūmo cōduxe rit. licet videaī cōtra. ff. de iur. do. ſi vſufructus.

2 ¶ Aequali pretio.] Sed nūquid hodie p̄ferī dominus volēs p̄ æquali p̄tio redimere, maximè ī ciuitatibus in q̄bus va-
10 ſallorū feuda ſunt quæ pro ipſorū debitis credi toribus ſuis vēduntur? Et vtiq;, vt opinor. nam cùm noua lex omittaī, & vetus cōſuetudo in a lienatione obſeruēī: meritò veteri nō eſt detrahā dū. maximè cū illud ſpe liter nō ſit correctum: &
20 ideo ſtare nō prohibēī: vt. C. de teſta. ſanctimus.

b ¶ Per refutationē.] intelligas. i. ius ſuū refutādo. eſt ēm iuris antiqui regula, oēs habere licentiam his quę pro ſe ītro ducta ſunt renūciare: vt C. de pac. l. ſiqs in cōſcri bēdo. Et no. q̄ antiq̄tas
30 videtur cōlonare cū ſta tuto ciuitatis vicētiq; qđ tale eſt: ſi p̄ annū & diē diſtulerit creditor ſecū dus ius ſuum exequi: vel allegare át p̄te vēditionis factę: poſtea nō audiī ni ſi interruptionem inſtru mento confecto per manum tabellioīs bonę opi
40 nionis oſtenderit: licet quibuſdam videatur iniquum, & nō ex codicis ratione ſcriptū. hic ergo đ annali exceptiōe habeī, de eadem habeī. C. q̄ ad mi. ad bo. poſ. emancipa ti. Et eſt notādū q̄ hmōi tp̄s á t̄pe ſcientiæ demū currere debet hic ſicut &
50 alibi. vt. ff. quis ordo in bo. poſ. ſeruc. l. ij. & đhac annali exceptione legiī ff. de ſucceſſo. edict. l. j. §. largius. Accurſius.

c ¶ Triginta annorū. hoc intelligo de illis fuiſ ſe dictum q̄bus p̄ōt de iu re talis p̄ſcriptio currere: vt. C. de p̄ſcripti. xxx.
60 anī. l. ij. Sed nūquid hæc antiquitas corrigiī? Rñ. hoc in conſtitutione Fri. determinabitur domino fauente. illud tñ qđ ſeq̄tur, non eſt omittendū. ſ. q̄ proximior agnatus re dimendo vel prohibēdo dominum excludit. vn-
70 de apparet q̄ neceſſaria- rum perſonarum ratio habetur: vt. §. notatū eſt.

d ¶ Lex imperatoris. & alia lex īperatoris Fri derici hi, imperialē. decet ſolertiam &c. § p̄ęterea ducatus. &. j. de lege cor radi. §. ex eadem lege.

e ¶ Titulo.] ſcilicet in Lombarda. Accurſius.

80 ¶ QVIS DI. DVX &c.

f QVi à prin cipe. Mar chio & co- mes ꝓpriè dicunī capitanei regis vel regni. Alij vero qui ab ipſis feudū accipiūt, dicū

praua quæramus: conceſſa erat do mino pro æquali pretio [a] redemptio niſi hoc beneficium amiſerit dominus per refutationē [b], vel annali ſilentio, ex quo ſciuerit cōputando. Preſcriptione aūt trigin ta annorum [c] ſubmouebatur tam ſciens quàm ignorans: in prohibendo autem vel redimendo potior erat proximi agnati quā domini conditio: ſi tamen feudū erat paternū. ¶ De illa verò feudi alienatione quę à domino fit, ſi dubitetur, lex imperatoris [d] Corradi conſulatur, quę poſita eſt in iam dicto titulo [e] de beneficijs.

TITVLVS X.

Quis dicatur dux, marchio, comes, capitaneus, vel valuaſor.

¶ *Primò ponit quæ perſonæ nobilitentur per feudum: & declarat gradus nobilitatis feudi. Secundò quæ ſunt perſonæ quæ non nobilitantur. Baldus.*

posit procedere hoc modo.& sic nõ fuit positum sub necessitate.l. non quicquid.ff de iudi.&.C.quomodo & quando iudex.l.j. Sed dices tu,ad quid ergo fuit apposita hæc clausula,prout illi iudici videbitur expedire &c? Respon.secundùm hoc potuit eligere quam viam volebat:sed vna electa dubium est an possit ad aliam postea redire:sicut dicimus de eo q̃ assumptus est vt arbiter & arbitrator: vt not.in Spec.in titu.de arbitr.§. sequitur.verſic. quid si compromissum. & dixi ff.de furt.l.si dominium. quod dubium hic tollitur. potest enim ex hoc procedere modis prædictis prout sibi videbitur, hoc est illo tempore, illa qualitate vel specie procedendi quæ sibi videbitur. Ad cuius intelligentiam sciendum est de significatione huius verbi prout. quandoque enim aliquid adijcitur per hanc dictionem prout, quod est diuersum ab eo quod primò positum erat.& tunc ponitur similitudinariè:vt.ff.deso. l.prout quisque.similitudo enim est circa diuersa:vt not.ff. deposi.l. qđ nerua.quandoque respicit idem:& tunc si per hanc dictionem adijcitur aliquid præteritum,& de illo constat:tunc intelligitur limitatiuè: vt C.de eden.l.edita.ibi,prout edicti perpetui monet authoritas. Si verò de illo præterito non constat:tunc in dubio intelligitur poni causaliter, vt sic:concedo tibi vt possis colligere vectigalia tantæ quantitatis prout est hactenus consuetum id est quia sic consuetum est: vt extra de verbo. signi.c.abbate sane.licet ibi loquatur de dictione secundùm quod, vel iuxta quod.sed eadem est ratio.sic loquitur quod not.per Cyn.de cõtra hen.& commit.stipu.l.secundum respõsum.& hoc in legibus,priuilegijs & contractibus:quia illa fiunt animo aliquid disponendi. Idem in sentẽtijs quæ causa cognita proferuntur.secus in confirmatione quæ fieret sine causæ cognitione:quia tunc intelligitur conditionaliter: vt extra de confirma.vti.vel inuti.c.ij.& quod ibi not.& extra de electio.c.quoniã abbas.Si verò per hanc dictionem prout,adijciatur aliquid de futuro: tunc ponitur limitatiuè:vt.d.l.edita.prout dicitur,ius dicentis decernit æquitas.nam illa licentia mutandi & emendandi limitatur secundùm modum de præterito,scilicet prout edicti monet authoritas:& secundũ aliud de futuro,scilicet prout ius dicentis decernit æquitas. istud respicit omne tempus futurum.& ista limitatio est circa tempus & qualitatem:vt not.gloss.in.d.l.edita.& sic iudex hic omni tempore quo vult potest procedere cum figura iudicij & fine.& sic potest eligere vno tempore vnam viam,& alio aliam. Item ex eo quod dixi quod solum in tempore & qualitate facit limitationem, & sic non in substantia dispositionis:apparet quod si illa qualitas vel tempus non limitaretur,non vitiaretur dispositio.exemplum non potest de hac.l.poni:quia iudice procedente apparet qualiter sibi videtur procedendum.pone ergo quòd Titius legauit mihi centum prout per eum declarabitur,certè ipso non declarante valebit.ff.de hæred.instit.l.ij.&.l.cùm pater.§.fina.ff. de lega.ij. &.C.de institutioni.& substitutioni.l.penulti.

a ¶ Videbitur.]Hoc verbum videbitur,denotat arbitrium boni viri[a]. ff.de verb.oblig.l.continuus.§.cùm ita.& de fideicommiss.lib.l.fideicommissaria libertas.& ita potest quilibet dictorum modorum esse iustus & approbatus:& potest iudex eligere quem modum vult.puto etiam hoc casu quod si hæc constitutio diceret,prout iudex voluerit:quod nec pl⁹ nec minus posset.Et pro hac declaratione videamus differentiam inter liberam voluntatem & arbitrium boni viri:cùm etiam voluntatem includat.& quidem de voluntatis esse est quod sit libera, nec possit cogi necessitate præcisa:vt.C.de hęred.instituẽ.l.cùm proponas. Sed cogitur quadam necessitate consequentiæ: vt si quis vult effugere tormẽta,hoc vult liberè,& potest nolle.sed si hoc voluerit,in consequentiam vult illud sine quo tormenta effugere non potest.& ista est necessitas consequentiæ.Nam dicitur verè:coacta voluntas,voluntas est:vt.ff.quod met. cau. l.si mulier.§.quod si metu.voluntas enim est q̃ liberè vult antecedens, & ex illa deducitur ad volendum consequens. Item sciendum est scđm theologos & philosophos q̃ volũtas nunquam appetit nisi bonum existens vel apparens. licet quandoque velit aliquid quod cognoscit esse malum:illud vult sub ratione alicuius boni delectabilis seu apparentis ipsi voluntati. In proposito voluntas alicuius potest consyderari respectu eius quod ipse vult tanquam delectabile ratione regulata vel non:& illa dicitur voluntas libera.alio modo prout ipse vult recta & regulata ratione:& istud dicitur arbitrium boni viri:quia bonus vir hoc arbitratur:vt.ff.iud.sol l.vir bonus,&.ff.pro soc.l.si societatem.§.arbitrorum, cum sim.& verba quæ important liberam voluntatem,sunt verbum volo:vt.l.cùm quidam.de leg.ij.&.d.l.fideicommissaria libertas. de fideicommi.li.Item verbum libet seu libuerit:vt ibidem.idem enim est dicere quod libuerit,id est quod libere voluerit.item vbicunque verbum arbitrium & similia ponuntur cum hac dictione plenum siue liberum:vt l.fideicommissa.§.quamquam.de lega.iij.Item hoc verbum iudicio tuo importat liberam voluntatem:vt.ff.de fideicommis.libe.l.thais.§. lucius. secundum gloss.ibi positam.sed licet aliàs transierim secundùm illam gloss.videtur mihi tamen quod directo text.ibi dicat contrarium, scilicet quòd importet arbitrium boni viri:quod plus placet.quid enim est dices quod ad boni viri arbitrium sine dubio refertur? Conclude igitur quod exceptis prædictis omnia importent arbitrium boni viri, vt videbitur,approbauerit,comprobauerit,& similia:vt.dicta.l.fideicommissa.vel placebit:vt dicta.l.thais.§.sororem.& multa alia quæ ponuntur.ff.de legat.j.l.si sic.quæ hic non repeto:quia dico esse regulam de omnibus,exceptis prædictis,vt dictum est.nec obstat.ff. de fideius.l grece.in prin.vbi equiparat verbum volo,& verbum cupio, & similia: qa vt dixi,vtrunque continet voluntatem:sed vnum liberam, & aliud regulatam:vt ex prædictis colligitur.verbi gratia,quandoque committitur facultas contrahendi,quandoque facultas largiendi ex causa lucratiua,quandoque facultas iudicandi. Primo casu quando committitur facultas contrahendi per verba significantia arbitrium boni viri circa contractum:tunc sine dubio debet arbitrari suo arbitrio regulato ratione,prout bonus vir & diligens paterfamilias facturus fuisset:vt.l.hęc venditio.ff.de contrahen.emptio.&.ff.pro socio.l.si societatem.§.arbitrorum.& de oper.liber.l.si libertus. sed si hæc facultas concederetur per verba significantia liberam voluntatem: tunc omnia potest, duobus exceptis.Primò quod non donet.hoc enim non venit in concessione voluntatis liberæ:vt.l.filius.§.j.ff.de donationi.Secundò quod dolus absit & omnia alia quæ dolo carent, facere potest:vt.ff. mandat. l.creditor.§. lucius.hoc enim non repugnat regulis iurisgentium, secundùm quas licet contrahentibus se decipere:vt.ff.de minori.l.in causę.§.idem pomponius.vnde vides quod quantuncunque committatur in voluntatem liberam intelligitur voluntas libera à regulis iuris ciuilis:sed semper remanet limitata à regulis iurisgentium,vt etiam in sequentibus nota. Secundo casu principali,videlicet quando conceditur facultas largiendi ex causa lucratiua,tunc si per verba significantia arbitrium boni viri,debet eligere vt bonus vir.l.cùm quidam.ff.de lega.ij.&.l.si fic.j. respon.& de leg.iij.l.fideicommissa.§. quanquam. & de fideicom.liber.l. si fideicommissaria libertas.si verò per verba significantia liberam voluntatem:tunc potest facere omnia cõtra regulas iuris ciuilis,seruatis regulis iurisgentium:vt.ff.de mili.testa.l.j.vbi permittitur testari militi quomodo vult.& per hoc potest relinquere deportato,cuius status nullus est de iure ciuili:non autem damnato in metallũ, qui est seruus pœnæ:vel seruo proprio:cùm seruitus sit constituta à iuregentium:vt.l.ei⁹. §.si deportati.&.§.seruum pœnæ.&.§.seruum proprium.ff.de mil.testa. & hoc vult dicere,l.cùm quidam.ff.de leg.j.nam ei qui est indignus propter offensam,non donatur,sed donatum reuocatur.vt.l.fin.C.de reuo. do.ideo bonus vir,hoc est iudex,secundùm regulas iuris ciuilis non arbitraretur ei largiendum.sed secundùm naturalem æquitatem declaratam per ius diuinum maioris perfectionis est retribuere ei qui offendit, quàm alteri.nam ille in cuius libera voluntate committitur,potest eligere indignum.Tertio casu principali,scilicet quando comittitur facultas iudicandi,siquidem per verba importantia arbitrium boni viri, debet sequi omnes regulas iuris ciuilis:vt.l.j.ff.de arb. Si verò per verba significantia liberam voluntatem:tunc est libera regulis ciuilibus. debet tamen seruare regulas iurisgentium seu naturalis æquitatis, quod idem est per dicta iura.& est casus extra de re iudica.capitu.pastoralis.in clemen.nam imperator solutus est legibus,& ex vigore suę potestatis tulit sententiam.tamen quia in quibusdam fecit ibi contra naturalem æquitatem,ideo sententia cassatur.& ex hoc apparet quod in casu nostræ l.vbi proceditur absque figura iudicij,(quia non committitur iudiciũ per verba significantia arbitrium boni viri)debet seruare regulas iurisgentium seu naturalem æquitatem:cùm verbum sine figura, importat quasi committatur per verba significantia liberam voluntatem. & per hoc apparet soluta quæstio quando potestati datur arbitrium liberum: an possit per hoc parti facere iniustitiam?certe non: quia hoc est contra naturalem æquitatem,sed potest omittere solennitatem iuris ciuilis, de hoc per gloss.in.d.c.sępe.in gloss.super verbo,defensiones.dixi.ff. de dona.l.filiusfamiliás.Sed quid si apponuntur verba significantia vtrũque,vt prout arbitratus fuerit & voluerit?Respond.vt.ŝ.dixi quod vnũ prędictorum inest alteri,quia non est arbitriũ sine volũtate.& regula est quando duo ponuntur copulatiue,quorum vnum de necessitate alteri inest,vnum resoluitur in adiectiuum:vt.ff.de pact.l.j.ibi, in idem placitum & consensus.id est placitus consensus, ita in proposito exponatur. id est voluntate arbitratus sit,& sic arbitrium boni viri importabit. facit.ff.pro soc.l.nec adiecit.etiam si dictum sit libere,vt dictũ est. Quid si dicatur in statuto quod in tali negotio procedatur de facto? Certe intelligo[b] eodem modo,scilicet manu regia:vt.l.ij.in prin.ff.de orgin.iur. cùm sit omissa omnis solennitas ciuilis:non autem quod iura alterius vllo modo tollantur nec lædantur contra naturalem æquitatem. idem per quæcunque verba concipiantur.non enim quis potest esse solutus magis legibus quàm imperator. & tamen sua libertas ad hoc non extenditur:ergo &c. Quæro an dictis casibus iudex possit reijcere exceptionem præscriptionis vel aliam procedentem ex mero rigore iuris ciuilis? Respond.in his quæ ipse iudex habet facere,non tenetur sequi regulas iuris ciuilis,sed in his quæ iam à iure facta sunt:ita quod si ex hoc ius alteri quęsitum sit vel ablatum,iudex non habebit immutare:sed tenetur illud sequi.casus est.ff.deposit.l.bona fides.aliàs esset auferre ius alterius: quod est contra naturalem æquitatem.

b ¶ Ad hoc.]id est iuxta hoc,aliter secundùm hoc:vt.C.de iudi. authẽ. ad hoc.& hic incipit tertia pars in qua ponitur statutum speciale in modo procedendi contra contumaces.

c ¶ Communitas[c].]nomen generale est ad vniuersitatem ciuitatis, castri,vel villæ cuiuslibet municipij: quod ab ipsa hominum communitate principaliter regitur.sic.C.de episcopis & clericis.authentic. nulla communitas.&.x.collat. de stat.contra liber.eccle.edict.§.item nulla communitas.

d ¶ Corpus.]generale nomen est ad omnes simul cohabitantes vel non.& quod sequitur collegium,est quando simul cohabitant[d]. & simul colliguntur.ff.quod cuiusque vniuer.l.j.in princip.& est casus expressus hic quod vniuersitas potest delinquere,& contra eam potest procedi:& punitur,licet quidam contra:vt plene dixi in.l. aut facta.§.fina. ff.de pœnis.

a Idem tenet Bart.& Alex.in.l.si ſie.ff.dele.j.

Voluntas coacta voluntas est.

Verba liberã volũtatem importãtia.

b Idem tenet Iaſ.in.l. certi condi ctio.§.ſinũ mos.ff. ũ cert.petat.

c Cõitas habitare dicit in loco vbi habitãt ei⁹ prẽſidentes ſeu ĩ quo loco populus cõ gregari cõſueuit in palatio.Bal. in auth.ſed cũ teſtator.ij. col.in prin.l ver.ſtehabitare dicitur. C. ad le fal. d Sequunt b.&.b.ĩ.l. ſi cut.§.j.ff. quod cuiuſ que vniuer.

preest, videbitur[a] expedire. Ad hoc[b], si qua cõmunitas[c] corpus[d]

Vel collegium vel alia quauis persona, cuiuscunque ſtatus [a] dignitatis [b] vel conditionis [c] exiſtat, ſuper dicto crimine [d] per nuncium [e] vel per literas [f], ſeu etiam per edictum [g],

a ¶ Status.] ſiue liber, ſiue ſeruus, ſiue ingenuus, ſiue libertinus: vt ff. d ſtat. ho. l. iij. cum ſequen. Item ſiue ſit integri ſtatus, ſiue diminuti: vt. ff. de var. & extraor. cogni. l. cognitio. §. j, viles ergo homines hac lege tenentur, licet aliàs non curetur ſi de imperatore ſolo verbo maledixerint: vt. C. ſi quis impera. maledixe. l. j.

b ¶ Dignitatis.] p hoc patet quod in hoc crimine ceſſat priuilegium cõceſſum eis qui habent dignitatem cum adminiſtratione: vt ea durante non conueniantur: vt. ff. de iudic. l. pars literarum: & quod ibi not. ceſſat etiam priuilegium concẽſſum quibuſdam in dignitate exiſtentibus: vt. C. vbi ſena. vel clariſ. l. fina. prout ibi tangitur de modo procedendi & ſententiandi. priuilegiũ tamen iudicis remanet. & quia vt dixi, hic ſunt legitimandæ perſonæ. Bartolus.

c ¶ Conditionis.] maſculus vel fœmina: minor vel maior: tamen tali ætate quod in eum cadat delictum ſui iuris vel alterius: vt. ff. de excep. l. j. in princip. coniuncto. §. parui, Item ſiue ſit laicus, ſiue clericus: ex vi verborum tamen contra clericum non poteſt procedere laicus: niſi ratione feudi[a], vt extra de foro compe. c. verum. & C. de epiſ. & cleri. auẽ. ſtatuimus. & iſte imperator Henricus quoſdam epiſcopos propter rebellionem ſuis feudis priuari fecit. Bartolus.

a Idẽ Pano. ī. c. cete rũ. de iudicijs. quãuis Barbar. ibi contra.

d ¶ Super dicto crimine.] citata vel citatum per nuncium: vt eſt. j. Videtur ergo quod in hoc caſu non ſit neceſſe in citatione exprimi factum limitatum loco & tempore: ſed ſufficit q̃ citetur ſuper crimine læſæ maieſtatis: vt hic apertè dicitur. Sed quid vbi aliàs ſuper dicto crimine debet procedi ordinariè? Rñ. idem: vt. C. de exhiben. re. l. j. in fin. vbi dicit quod poſtquam citatus venit ad iudicium, debet explorare, id eſt dicere quare fuit vocatus. & ſic patet quod in citatorio hoc nõ fuit expreſſum, & quia in criminalibus debent fieri citationes ſicut in ciuilibus. ff. de pœ. l. abſentem. & ibi not. & ff. de re iudi. l. j. & ibi not. Sed in ciuilibus debet citari reus, vt veniat, & ſui præſentiam faciat: vt. C. quomodo & quando iudex. l. conſentaneum. & no. in auẽ. qui ſemel. eod. titu. in gloſſ. ſuper verbo, vocetur. contrarium not. extra de dila. c. j per Bern. & allegat. v. quæſt. ij. c. ſi primates. Sed ibi ſpeciale eſt cùm ad ſynodum vocatur epiſcopus fauore dignitatis epiſcopalis. Sunt & alia multa quæ fauore hominum qui in dignitate ſunt, ſtatuuntur: vt. C. vbi ſena. vel clariſ. per totum. ſed in caſu præſentis conſtitutionis ceſſaret dictus fauor pro eo quod dictum eſt. s. cuiuſcunque dignitatis &c. Sed contra in. d. c. ſępe. de verb. ſig. qa' quando fertur ſententia, debet citari ad hoc. & ſic videtur quod in citatione debet inſeri ad quid ſpecialiter citetur, etiam cùm ſine figura iudicij procedatur. Et hic dicitur quod vigore huius citationis generaliter factæ, quod veniat reſponſurus ſuper crimine tali, poſſit ad ſententiam procedi. Solu. ſi citatus in prima citatione non comparet, procedet, quod hic dicitur. ſed ſi comparuit, & ſtetit ad proceſſum vſque ad finem. ſi tempore ſententię non adeſt, debet citari ſpecialiter ad hoc vt ibi fit. ſi enim primæ citationi veniendo ſatiſfecit, ſi poſtea ſe abſentat, citari iterum debet. C. de bo. auẽ. iu. poſſiden. auẽ. ei qui. Sed tunc vbi debeat citari, vel ad domum ſuæ habitationis quæ fortè eſt in prouincia, vel in curia, dicam. j. in gloſſ ſuper verbo, edictum Et eſt aduertendum, quod licet hoc caſu quandò ſine figura iudicij proceditur. terminus peremptorius non ſit neceſſarius: vt dicam in gloſſ. ſuper verbo, in termino. tamen vbi quis citatur illa citatione generali: ad hoc vt eius vigore poſſit procedi ad vlteriora, requiritur quod fiat citatio peremptoria, vel tres quæ habent vim peremptoriæ: vt dicta. l. conſentaneum. & hoc ſiue fiat ante litis conteſtationem, ſiue poſt: vt ibi no. Item dicta citatio ſpecialis ad ſententiam audiendam ſimiliter debet eſſe peremptoria: vt. l. ad peremptorium. ff. de iudic. Alię vero citationes quæ fiunt in medio ad certum actum, vt ad videndum iurare teſtes, & ſimilia, ſemper intelligũtur peremptoriæ: vt extra de exeep. c. paſtoralis. & ibi de hoc per Ioan. and. facit. C. qui accu. non poſ. l. ſi ea. vbi terminus ille intelligitur peremptorius. quod patet: quia vlterius non auditur. Dilationes verò quæ dantur ad probandum, intelliguntur peremptorie: cùm non dantur plures quàm vna, niſi cauſa cognita: vt. ff. de fe. l. fina. Itẽ ex eo quod dicitur ſimpliciter ſuper dicto crimine patet quod loquitur hæc conſtitutio etiam ex parte accuſatoris ſi citetur quod veniat ad producendum, vel ſi inquiratur de imponendo pœnam talionis. iſta enim ſunt de tangentibus iſtud crimen: ergo &c. patet in textu.

Citatio debet habere cauſam quare reus citetur.

e ¶ Per nuncium.] nuncium conſtituit ipſemet iudex. vt. C. de ſport. l. ij. & ibi not. & in authen. de iudi. §. neceſſarias. col. vj. & puto quod poſſet conſtitui etiam infamis, licet ſit officium publicum: nam viliſſimis pſonis congruit ſecundùm mores noſtros: ergo ab hac infamia non repellit: vt. C. de infa. l. j lib. x. pro hoc. l. nec infames. C. de decurioni. lib. x. ſed ſecundùm leges deberent eligi perſonæ diuites & approbatæ. vt in auẽ. de iudi. §. his autem. colla. vj. facit quia infamis poteſt eſſe procurator. in ſtitu. de except. §. fina. & arbiter, vt. ff. de arbit l. pedius. aliàs incipit, parui. & ff. de poſt. l. j. §. ſed eſt æquiſſimũ. Et ſi dicas, quomodo credetur ei, cùm infamis non poſſit eſſe teſtis, ſtatim dicam. Item debet iurare ſe facturum officium legaliter. Argum. de fide inſtrn. l. comparationes. & C. de ſecun. nupt. l. hac edictali. §. his illud. & argumen. in auẽ. iuſiurandum quod pręſta. ab his, §. j. colla. ij. puto etiam ſi non iuret, poſſe eum exercere officium: vt. C. de arbit. authen. decernimus. eligitur enim periculo iudicis eligentis: vt. d. authẽ. de iudi. §. hoc autem. & ideo videtur quod ſi non apparet quod aliquis ſit electus nuncius, quòd non eſt curandũ, cùm ſtatim eo quod ſibi fit commiſſio de citando, in ipſa commiſsione eligitur, ſed ſi ex lege municipali electio nunciorum deberet fieri à conſilio, & non à iudicibus: tunc deberet conſtare de ea, vel ſufficeret q̃ eſſet in poſſeſsione exercendi illud officium. l. barbarius. ff. de officio pręto. & C. de teſti. l. j. nec poteſt nuncius aliquem citare, niſi fiat ei commiſſio. C. de exhiben. re. l. neminem. Sed an citatus debeat credere eum eſſe nuncium? Reſpond. vt dicitur in authen. de collat. §. eos. collatio. ix. quod exactores qui mittuntur in prouincias, antequã inchoent, debent ſuas literas inſinuare iudici pouinciæ, ex quo colligitur quod ex eo quod in curia ipſius iudicis apparet quod talis eſt nuncius, quod poſſunt citari per eum omnes ſubditi ſui in eius territorio & in eadem prouincia, nec eis aliter fides fieri debet. & ſic credere debet licet in multis partibus obſeruetur quod tales nuncij habent aliqua ſigna quibus cognoſcuntur, in quo conſuetudo loci eſt ſeruanda. Sed ſi citaret extra prouinciam, non eſſet credendum ei ſine literis: vt dicto. §. eos. facit. C. de manda. princip. l. j. & hoc in iudicibus ordinarijs, ſed nuncio delegatorum videtur credendum ſine literis: vt extra de officio delega. capitul. prudentiam. facit quod no. in titu. de citatione. §. j per Specul. Sed an arbiter vel iudex inferior poterit vti nuncijs ſuperiorum? Reſpond. ſic: vt in authen. de defen. ciuita. §. deinde eos. col. ij. ibi, ex prouinciali officio &c. Sed an eidem nuncio deferenti debeat iudex credere, cùm ſit vnus? Quidam dicunt quod non: vt. l. iuſiurandum. C. de teſtib. contrariuum eſt verum, vt hîc, cùm in ſingulari dicat nuncium. facit. C. de epiſcop. & cleric. l. ómnes. §. ſi verò apparitor, & ita vtimur. & creditur eis in his quæ ſibi commiſſa ſunt, & ex eorum officio dependent: vt ſe citaſſe, & ſimilia. facit. C. ad leg. cornel. de falſis. ſiquis decurio. quia ſimiliter etiam ſeruus de facto proprio interrogatur. l. interrogata. C. de quæſtion. multò magis infamis. ſiverò ei committeretur aliquid vt refert quod alios feciſſe vidiſſet: tunc in modicis creditur ſibi: in magnis non eatenus vt iudex poſsit procedere: vt. ff. de reb. eo. l. magis puto. §. ne tantum, &. C. de accuſatio. l. ęa quidem. facit. ff. de cuſtodia reorum. l. diuus. & quod dixi in gloſſ. ſuper verbo, nunciationem &c.

Nuncium quẽ eſſe an credaſ ſine literis.

Infamis procurator eſſe põtnõ aũ teſtis.

f ¶ Per literas.[b]] ſigillatas ſigillo proprio vèl publico: vt. l. ſi publicanus. §. j. de publica. & C. de epiſcop. & cleric. ſi qua per calumniam. & ibi not. & extra de probationi. capi. poſt ceſſionem. Poteſt etiam ſigillare alieno annulo, dummodo faciat de hoc mentionem: vt. ff. de teſtib. l. ad teſtium. §. ij. de hoc in Specul. de citatione. §. iam de citatione. ver. literas. Igitur puto tutius eſſe quod tales literæ publicentur manu notarij, & ita multi obſeruant. licet autem fiant literæ: tamen eſt neceſſarius nuncius qui portet. ſed in hoc differt: quia quando ſolus nuncius mittitur, debet talis eſſe quod citatus debeat credere ipſum eſſe nuncium: vt in præcedenti gloſſ. hic autem ſatis eſt vt credat vel credere debeat literas eſſe alicuius iudicis. Sed dices: quid ſi negare voluerit literas ſibi fuiſſe portatas? Reſpond. iudex ſtabit in hoc relationi fui nuncij. reus enim ſe citatum cognoſcit à iudice per literas. an autem fuerit nuncius, ipſius iudicis eſt cognitio. nam & portare ipſas literas eſt ſignum euidens quod ſit nuncius. Argument. ff. de leg. j. l. ſeruum filij. § . eum qui chirographum. &. C. de donationi. l. j. Sed an actor ipſe poterit portare literas citatorias? videtur expreſſum quod ſic. ff. de furt. l. eum qui §. ſi epiſtola, verſicul. ſed ſi interfuit. vbi ſiquis pro ſeipſo portat epiſtolam: ſi pars negaret eam ſibi præſentatam fuiſſe: eſſet graue quod ipſi actori crederetur: niſi fortè literarum præſentationem probaret per alios: & ideo ſi præſentaret coram teſtibus & notario qui inde conficeret inſtrumentũ, putarem ſufficere.

b Lr̃ę quã do probant no. Bartũ. l. non epiſto. C. de ꝓba.

g ¶ Per edictum.] Iſte modus citandi conuenit ordinarijs & delegatis à principe, & non alijs: vt. C. quomodo & quando iudex. authenti. qui ſemel. Item non ſolum in his caſibus, ſed in alijs omnibus: vt ibi patet. ſed de iure canonico non poteſt fieri niſi de ſola commiſſione papæ. & tunc ſolum contra eos qui procurant ne ad eos citatio perueniat vel ad quorum loca nõ poteſt tutè accedi: vt extra de iud. c. ij. in clemẽ, quę limitatio ſecunda fuit multum æqua: vt ibi patet. ſic puto iudices in foro noſtro debere practicare. nam iſti tres modi citandi permittunt alternatiuè: & ſic iudicis arbitrio. ſed in his debet ſeruare æquitatem: vt in authen. iuſiurandum quod pręſta. ab his. §. j. & per Innocen. extra de conſtitu. c. fi. gloſſ. notabilis. & Archidia. de conſtitutio. libr. vj. Si ergo poteſt per nuncium citare vel epiſtolam, vel literas: non eſt æquum q̃d citet per edicta. & ſi faceret, grauaret partem. & ideo per iudicem appellationis poſſet infringi proceſſus. hoc autem. ſcilicet quem impedire ne ad eum citatio perueniat, vel non poſſe accedi tute, ſæpe accidit: ſcilicet quando citatur aliqua ciuitas, vel dominus, aut multi ciues vnius ciuitatis. Argumen. extra de reſcript. capitu. ſtatutum. §. cùm verò eiuſdem, libr. vj. Item ſi locus in quo perſona eſt citanda, eſt rebellis: non enim tute mittitur nuncius ad locum inimicorum: vt. l. ſciendum §. ſi accuſatio. ff. de legat. &. l. de ætate. ad trebellianum. &. l. iij. ff. ex quib. cau maio. §. ſi accu. puto tamen rectè fieri antequàm hæc citatio fiat, quod ſuper hoc ad iudicis informationem aliquid cognoſcatur. vt dicta lege de ætate. Sed quis terminus in tali edicto ponetur? Reſpond. congruus, vt poſsit venire in notitiam citati: vt poſsit poſtea ad locum citationis comparere in ciuilibus: vt dicto capitul. j. de iudic, in clementi ne alias edictum contineat impoſsibile: vt. ff. de eo quod certo loco. l. ij. §. ſiquis ita. In criminalibus verò datur dilatio longior ſecundùm formam legis. ij. C. de exhibendis reis quæ tamen dilatio non videtur neceſſaria in hac lege cùm abique ſtgura iudicij procedatur: cùm illa ſit ſolennitas iuris

ciuilis: vt.ſ.not.in gloſſ.ſuper verbo, figura. Sed qualiter ſciat iudex moderare terminum, cùm ignoret vbi reus moretur? Rñde.tex eſt.C. quõ & qñ iudex.auᵗ.qui ſemel.vbi dicitur ꝙ iudex præſens debet examinare vbi ſit reus.ſed hoc videtur impoſſibile, ꝙ teſtes examinati corã iudice hoc dicant,ſcilicet aliquem modo eſſe Florentiæ.vnde debet ſic intelligit vt dicit tex.ĩ auᵗ. de exhiben.re.§.ſi illud vere.coll.v. vbi dicitur quod iudex examinet in quantum poſsit, in quã terram abijſſe dicitur.ex eo ergo ꝙ dicitur abijſſe,apparet ꝙ ſufficit ſola fama vel vulgi opinio ꝙ in certum locum dicatur abijſſe.qđ ergo in dicta auᵗ.dicitur vbi ſit,id eſt vbi eſſe dicitur[a].& ex eo ꝙ dicitur examinet,poterit intelligi ſummatim ad ſui informationem etiam parte non citata: vt ibi not hæc eſt practica vera & pulchra,& eſt notabilis. Quid ſi hanc examinationem non fecerit? Certè aliquid de ſubſtantialibus[b] videtur omiſſum.vſus tamen & communis practica hoc non patitur,ſed ſatis eſt aſſignare terminum cõgruentem per diſtantiam loci vbi eſt.vel vbi habitare conſueuit,vbi citare ſufficit:vt.l.j.§.j.ff.de libe.agno.l.iij.§.domum aliàs prætor.ff.de dam.infect. Quid ſi intra terminum comparet aliquis & dicit citatum abeſſe,petens ſibi terminum prorogari vt citatum inueniat, & ei denunciet,an ſit audiendus? Rñ.[c]iſte videtur exculator veniẽs ad allegandum cauſas abſentiæ.ideo audiendus eſt faciendo fidem de abſentia.quo facto ſi petat terminum vt eum inueniat & ei denunciet, audiendus eſt.C.vbi de cri.agi opor.auᵗ.qua in prouincia.Sed quid ſi talis reuertens dicit ſe illum diligenter inquiſiuiſſe,& non potuiſſe inuenire vbi eſſet? Rñ.ꝙ procedet iudex tanquam cõtra cõtumacẽ. nam poſt illam dilationem auditur ille ſi veniat vel mittat legitimè:aliàs ſecus:vt dicta auᵗ.qua in prouincia.hic autem neutrum facit. Sed an prædictis modis põt quis citari vbicunq; etiam extra territorium ciuitatis? qđ videtur.C.de epiſ.& cler.l.omnes.§.ſi verò apparitor.&.ff.de offi. præfect. vrbi.l.ij. vbi ſubditum ſuum quis citat etiam extra territorium exiſtentem. In contrarium eſt caſus extra de re iud.c. paſtoralis.vbi declaratur ꝙ imperator per ſe non poteſt citare eum qui eſt in terris eccleſię,ſed debet ſuperiori denunciare vt ei denunciet Cy.in quadam diſputatione dicit ꝙ illud fuit compoſitum per errorem canoniſtarum.ſed cùm illa đ cretalis fuerit facta in generali concilio, vbi eſt copia magna intelligentium, non eſt veriſimile ꝙ in illo capitulo fuerit erratum. vnde temeraria eſt dicta ſolutio.vnde dicit[d] Paulus de leaza.in dicto.c.ꝙ ille qui eſt iudex alicuius ratione domicilij,poteſt citare illum extra territoriũ qua cunq; citatione: cùm talis abſens alium iſto ſuperiorem non habeat per quem citari poſsit. & ita loquuntur iura prædicta.Si verò loquimur đ ſubiecto ratione delicti vel contractus,& ſic per accidens:tũc talis iudex non citat extra territorium:vt dicto.c.paſtoralis.& hoc quo ad cxecutionem faciendam in rebus quæ alias non ſunt in territorio citantis:vt extra de fo.compe.c.romana.§.contrahentes.lib.vj. Sed certè primum mẽbrum ratione domicilij placet,ſed ſecundum diſplicet,primo per dictũ §.contrahentes.vbi fit citatio extra territorium etiam quo ad pronunciationem. dimittendo in bonis quæ non ſunt in territorio citantis. Secundò quia directo eſt contra caſum huius conſtitutionis.& ꝙ ſic intelexerit imperator, patet quia citationem factam de rege Roberto exiſtẽte extra territorium, aſſerit legitimè factam.& loquitur hic de citatione facta à quocunq; qui præeſt iuriſdictioni.idem in cauſa capitali. & ſi dicas,hoc imperator non potuit.concedo in terris eccleſię. Dic ergo ꝙ papa poteſt citare quemlibet vbicunq; exiſtentem:quia ipſe eſt vicarius Chriſti,cuius eſt terra & plenitudo eius orbis &c. vt extra de iudic.c.j. in cle. Item per vniuerſum imperium officialis qui præeſt vni prouincie,poteſt citare homines exiſtentes in qualibet prouincia imperij: quia hoc faciet authoritate imperatoris.vt d.l.omnes.§.ſi verò apparitor. & dicta.l.ij.de offic.præfect.vrb.& hic,ſed imperator vel alius princeps ſecularis non poteſt citare quem in terris eccleſiæ:quia etiam illas terras ſibi libere reſeruauit:vt dicto.capit.paſtoralis. debet ergo ſcribere ſuperiori illius loci vbi perſona citanda moratur,vt notificet ſibi: vt ibi, & ff.de requi.re.l.j.§.j.Sed quid ſi ille iudex reſcribat quod non vult ei notificare? Videtur quod non imputetur hoc reo,quia per eum non eſt factum:vt.ff.quod vi aut clam.l.j.ſed ſecundùm hoc iudex nõ poteſt expedire proceſſum.ergo dic ꝙ habebitur tanquã legitime citatus.licet eñ ipſe de ſe nõ impediuerit citationem fieri, impediuit tamen defenſor eius,ſcilicet ſuus ſuperior:quod ſufficit.extra de electi.c.cauſam. in clemen.ibi,verum ſi per appellati aut ſuorum &c.Vel dic ꝙ propter eius negligentiam poterit ipſe iudex citare per edicta vel nuncium ſicut ſi eſſet in eius territorio.argu.C. vbi in rem act.l.ij.& de iudic.l. nulli.& quod ibi not.& hoc plus placet mihi.Quid ſi in primo termino citatus comparet,& poſtea ſe abſentauit,qualiter citabitur? Reſpond.[e] aut prima citatio fuit facta ſimpliciter quod compareat ſuper tali negotio reſponſurus:& tunc veniendo ſatisfecit primo termino.& eadem ſolennitate eſt citandus hac ſecunda citatione ſicut in prima.vt dictum eſt.ſ.in gloſſ.ſuper verbo,ſuper dicto crimine.Aut prima citatio facta fuit magis extenſe,dicendo quod veniat reſponſurus ſuper tali negotio, & ad procedendum in cauſa prædicta vt iuris fuerit vſque ad finem.& tunc veniendo non ſatisfecit termino,niſi ſtet vſque ad finem: quia tunc eſt intelligendum vt ſtet in conſpectu iudicis.ideo tunc ſufficit citatio per præconem ipſum citando per ciuitatem quod talis iudex facit citare talem: tunc enim ſi non cõparet,procedetur in cauſa.aut enim erat ꝑſens in ciuitate,& nõ cõparet.& talis proclamatio arctat eum.l. ſi eo tẽpore.C.de remiſ.pig Ant non erat præſens,& ex eo quod ſe abſentauit à ciuitate,erat contumax ex virtute primæ citationis,& ex hoc quia morari debet in ciuitate vbi eſt curia:licet in quo loco ſit,incertum ſit. Sic etiam admittitur citatio per præconem quando eſt incerta perſona quę citatur:vt dicam.j. nec obſtat prædictis.C.de bon.auᵗ. iudic.poſſidẽ.l. ea & authen.ei qui.& in corpore vnde ſumitur: quia ibi promiſit & iurauit de iudicio ſiſti, magis reſpectu partis vt ei committatur obligatio ad intereſſe:vt.ff.ſi quis cau.l.ij.in fine,quàm reſpectu iudicis vt dicatur contumax ſi ibi non eſt:ideo debet ſolenniter citari facta inquiſitione vbi eſſe dicitur. Conſulo tamen ad fugiendum prædicta,quod reo comparente in primo termino in cauſis in quibus non eſt locus detentioni, vt ei dicatur à iudice vt certum locum in ciuitate eligat vbi ſit citandus.ſicut enim poteſt eligere domicilium:vt.ff.ad munica.l. domiciliũ. &.l.nihil.ita poteſt eligere quò ad certum actum. Quidam autem præcipiunt tali ſic comparenti,quia eſt ex longinquo,vt ſingulis diebus & horis quibus redditur ius compareat coram eo.Et quia de citatione quæ fit per præconem,facta eſt mentio,quęro quando licet per præconem citare. Quidam dicunt qnod citare licet reum,non actorem: vt.C. quomodo & quando iud.auᵗ.qui ſemel.& ita videtur tenere Specul.in tit.de cita.§.ſequitur.circa prin.Sed certe ratio poſita in auᵗ.qui ſemel. ſcilicet quod vox præconis pauci s innoteſcit,eſt communis ad actorẽ & reum.vnde dictum Spec.poteſt eſſe verum in eo caſu quo reus poteſt eſſe in loco,vt dixi.dic ergo,aut eſt citanda perſona certa quia conſtat de eius intereſſe.aut ignoratur qs ſit ille cuius intereſt.primo caſu ipſa ꝑſona citanda eſt nominatim.ff.de vent.inſpicien.l.j.§.penul. Sed qualiter?aut eſt certum vbi ſit,nec alibi eſt ex virtute citationis,& non poteſt citare per præconem.i.vocem præconis:vt dicta auᵗ. qui ſemel. aut debet eſſe in aliquo loco virtute citationis, ſed ignoratur locus: quia neſcitur in qua parte ſit ciuitatis:& tunc ſufficit cicatio per præconem: vt.ſ.oſtenſum eſt:vt.l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pig.cum iſta citatio nõ præiudicet niſi præſentibus:vt ibi patet.facit qđ not.per Inno.extra de maiori.& obedi.c. fina.& hoc niſi citanda eſſet aliqua multitudo.C.de decurio.l.ij.libr.x.& not.per Innocen.in.d.c.fina.extra de maior.& obe. ſi verò ignoratur quæ ſit perſona cuius intereſt citari : & tunc ſufficit citari per præconem:vt.l.ſi vacantia.C.de bon.vacan.libr.x.&.d.l. ſi eo tempore.

a Idẽ Bal. in auᵗ qui ſemel.in glo. alleg.
b Imo nõ eſt de ſubſtãtialibus. ſcđm Bal.in anthen.
c Sequũtur Cyn.Sal.& Bal.in.d. authen. qua in prouincia.j. alleg.
d Et idẽ Zabarel.ibidẽ.
e Idẽ Bart. & Alex.in.l. iij.de dam. infecto.

a ¶ Publicè.]ſolam propoſitionem requirit:ſed de iure can.debet prius verbo,literas legendo in aliquo publico loco citari poſtea literę debent affigi publice,ſcilicet in foribus maioris eccleſiæ:vt.c.j.extra de iudi. in clemen.hic enim circa locum loquitur large quod ſufficit publice proponi in loco vbi ius redditur,vel in foro nundinarũ,vel alibi vbi moris eſt publice fieri præconia:vt i.ij.conſti.C.circa fin.ibi, edictis ex more propoſitis.quanto tempore ædictum ſtet affixum, ibi non exprimitur: vnde erit in arbitrio iudicis.vt.ff.de iure deliberan.l.j. Sufficit autem in actis ſcriptum eſſe quod edictum fuit publice propoſitum in tali loco.nec eſt neceſſe ſcribi quod tanto tempore ſtetit:nec etiam preſumitur indeſublatum,cùm hoc facere ſit delictum:vt.l.ſi quis id quod.ff.de iur. om.iud.cautius tamen eſſet ſi quis de hoc faceret fieri ſcripturam. Præconia etiam debẽt fieri in locis publicis & cognitis:vt.d.conſtit.C.circa fi.& ſufficit quod præco referat ſe præconizaſſe per ciuitatem in locis publicis & conſuetis,etiam ſi non exprimantur loca.nam talia loca conſueuerunt eſſe notoria,& ſic expreſsio non eſt neceſſaria:vt.ff. de contrahen.emptio.l.cum ſeruo.§.fina.& ſic obſeruat conſuetudo &c.

Præconi creditdicẽti aliquid ſe prẽconizaſſe.

b ¶ Citata.]perſona vel ciuitas.

c ¶ Citatum.]corpus vel collegium.ſed qualiter hoc fiat in citatione quæ fit per edictum,clarum eſt,cùm ibi ſufficiat propoſitio in loco publico vt in præcedenti gloſſ.ſed cùm fit per nuncium vel per epiſtolam quem citabit nuncius eius,vel cui literas præſentabit? Ioan.andr. extra de conceſ.præbend.cap.ſi capitulum.libr.vj.dicit quod requirat eum qui habet conuocare tale collegium,quod illud congreget more ſolito. quod ſi ſe includeret,vel impediret ne fieret propoſitio vel præſentatio:perinde eſt ac ſi eſſet facta.quod ſatis placet.Poteſt etiam dici quod ſicut vnum hominem ſingularem qnis poteſt citare, licet ſolum caput eius reſpiciat,& non aliud corpus.ff.de in ius vocand.l.ſatis.& argum. l.cùm in diuerſis.ff. de religio.& ſum.fu .ſic etiam quis vniuerſitatem poteſt citare citando caput eius:hoc eſt illos qui præſunt vniuerſitati, ciuitati,communitati,vel collegio:vt.l.municipibus.ff. de condition.& demonſtratio. Poteſt etiam dici quod ſicut tutor poteſt citari in cauſa pupilli:ita hoc modo rectores in cauſa vniuerſitatis.argumen.ff. de pactis.l.item magiſtri.&.l.ſequen.& de adminiſtra.tuto.l.j.§. ſufficit. Sed tu dices:illud verum eſt quando commiſsio fieret de citando tutorem: ſed ſi fieret de citando pupillum,an ſufficiat citare tutorem? poſſet dubitari,& ideo conſilium eſt ꝙ fiat commiſsio de citando tutorem & pupillum.& de citando rectores,adminiſtratores,& vniuerſitatem : tunc ſine dubio ſufficit citare rectores.Poteſt etiam dici quod ſufficiat quod nuncius per terram clamet quod ipſe ex parte talis iudicis citat talem vniuerſitatem.cùm enim talis citatio fiat de multitudine, ſufficit fieri per prẽconem:vt dictum eſt.ſ.in gloſſ.ſuper verbo,edictum. Per citationes autem iſtas quæ fiunt de rectoribus vniuerſitatis , vniuerſitas conſtituitur contumax ficte,non autem dicitur vere contumax : quaſi doloſe occultans ſe.ff.de regulis iuris.lege.non poteſt dolo carere.

f Nota ex hac gloſ. ꝙ quis negligẽs eſſe nõ debet ſed vigilans ſcđm Spe.de poſt tion. §.vij. ver.xvj. qa negligentia eſt eruditio nisnouerca. lxxxiij.diſt. nihil.car. in cle.ij.§.j.de ſepultu.

d ¶ Neglexerit[f].]vere,ficte,ſeu præſumptiue. hæc enim conſtitutio non requirit quod quis ſit vere contumax. quod patet ex modo citandi per ꝓdicta,de qua citatione non conſtat quod ad notitiã citati perueniat.& hoc niſi iudici conſtet hoc ad citatum non perueniſſe,vel ipſum fuiſſe legitime impeditum quo minus veniat:& tunc ſi vltra proceditur,ipſo iure nullum eſſet:quia deeſt ſubſtantiale.nã non vere nec ficte negligit.quod requirit hæc lex.& notatur per gloſſam.ff. de re iudicata lege quæſitum.& fuit opinio Placen.in.l.contumacia. §.fin. eo.tit.

Sed quid

Sed quid ſi in termino citationis compareat aliquis excuſator dicens citatum fore abſentem. & ita ꝙ non poteſt in eius notitiam peruenire, vel quia eſt legitimè impeditus, & iudex vltra procedit, an valeat? Dic ꝙ ſi excuſator obtulit ſe probaturum, & iudex contempſit, ꝙ proceſſus eſt nullus, quaſi per iudicem ſteterit quominus fiat. aſs ſecus, facit extra de ap. ca. interpoſita. ſaluũ tñ ẽ ius parti petendę reſtitutiõis ex cauſa iuſtę abſentię. C., quõ & qñ iudex. l. ab eo. & ff. de in integr. reſt. l. fi. & qđ ibi not. An autẽ ſit neceſſe ꝙ in termino quis cõtra citatũ ſe ꝓſentet vt neglexiſſe dicatur? Rñ. non: cùm proceditur per inquiſitionem factã ex officio, vel per denunciationem, cùm iudex ſedens ſemper ſit præſto. ſed cùm per accuſationem proceditur, ſecus videtur: ad ſimilitudinem cauſarum ciuilium: vt. C. de iudi. properandum. §. j. ſed in criminalibus hoc eſt diuerſum: quia acculatore deſiſtente vel defuncto poteſt iudex procedere, vt C. de aboli. l. ij. & ff. de public. iudi. l. pe. in prin. nam ſi conſtaret ꝙ iudex vellet ibi ſupplere defectum partis, ſufficeret. Et ideo quidam in partibus Italiæ faciunt ſi cõcedi licentiam ab accuſatore, vt eo abſente poſſint expedire proceſſum: & tunc conſtat ꝙ partis ſupplet iudex defectum in caſu tamen huius conſtitutionis conſtat ꝙ hoc non requiritur, cùm poſsit ſine figura iudicij procedi.

Accuſato e deſiſten vel dfun to põt iu dex proce dere.

a ¶ In termino.] ex hoc ꝙ in ſingulari numero loquitur, patet ꝙ vnus tã tùm terminus fuit aſſignatus. ex quo patet ꝙ in his in quibus poteſt procedi ſine figura iudicij, terminus intelligitur peremptorius etiam ſi nõ exprimatur. facit extra de verb. ſigni. c. læpe. Item ſi iudex ſua voce admoneret eos vel aliquem ad audiendum ſententiam, intelligitur perẽptorię. C. quomodo & quando iud. in. l. ij. & ibi no. aliàs peremptorię dici debet: vt dixi. ſ. in gloſſ. ſuper verbo, dicto crimine. Item admonitiones & proteſtationes quę fiunt extra iudicium, intelliguntur peremptorię. cùm ſemel ſufficiat fieri. l. titia. §. imperator. ff. de lega. j.

b ¶ Perſonaliter.] hoc eſt verum in crimine vbi eſt pœna infligenda in corpus.

c ¶ Legitimè.] vt per procuratorem vel ſyndicum: & ſic videtur caſus ꝙ in cauſis capitalibus in quibus põt ferri ſententia in abſentia, admittitur procurator. qđ tenet Dyn. in. §. ad crimẽ. per regulam poſitam in. l. ſeruum quoq;. § publicè. ff. de proc. & dicebat ꝙ vbi per ſtatutũ in cauſis capitalibus poteſt dãnari abſens, põt interuenire ꝓcurator: qđ non placet. nam etiam de iure antiquo reperitur in caſibus ꝙ abſens poteſt de capitali crimine damnari in caſibus ſpecialibus. C. de pœn. l. ne diu. & ff. ad. l. corne. de ſic. l. lege cornelia. ver. & qui hoc crimen. ſcđm vnum intellectum. Item in cauſa appellationis alter abſente lite non conteſtata poteſt deueniri ad diffinitiuam. C. de temp. appella. l. fin. §. illud. & tamen tunc non admittitur procurator: vt. ff. an per alium cauſa appella. l. j. Item procurator rei debet ſatiſdare iudicatum ſolui: niſi à dicta ſatiſdatione à dño fuerit releuatus: vt inſtit. de ſatiſda. §. ſi vero dñs. ſed dic ꝙ procurator non poteſt ſatiſdare: nec dñs à ſatiſdando releuare eũ poteſt. Item qđ Dyn. dicit de ſtatuto, eſt aduertendum quoniam ſtatuta Italiæ cõmuniter permittunt damnari abſentem propter contumaciam tantũ. ſed ſi admitteretur procurator, iam nõ eſſet contumax. non obſtat. §. publicè. nam vbicunq; poſſet damnari abſens, de iure communi iudex debet ex officio perquirere veritatem pro vtraq; parte: vt. C. quomodo & quãdo iud. aut. qui ſemel. & de appel. l. ampliorem. §. j. & dicam ſtatim in glo. ſuper verbo, receptionem. alias examinationẽ. meritó quilibet excuſans innocentiam auditur non vt ꝓcurator, ſed vt quilibet. & hoc ꝙ dicit ibi tex. quãuis verba facientem &c. ex eo ꝙ dicit quamuis, apparet ꝙ non requiritur ꝙ ſit ꝓcurator. & hoc dixi in. §. ad crimen. in. l. pe. ff. de publi. iudi. non obſtat hęc litera: ga expone ꝙ intelligitur eo caſu quo pœna à relegatione infra venit imponenda. & intelligitur legitimè ſcilicet per procuratorem eo caſu quo venit imponenda pœna à relegatione infra qđ poteſt eſſe in his quę ipſum crimen quoquo modo tangunt: vt. ſ. dixi in gloſſ. ſup verbo, tangunt. Item ad ipſum crimen poteſt referri. & dic perſonaliter. i. quando aliqua perſona citata eſt legitimè. vel quando procedit contra aliquam communitatem vel corpus vel collegium. & ſic not. caſum ꝙ etiam vniuerſitas in capitalibus reſpondet per ſyndicum: vt. C. de re mili. l. tam collatores. lib. xij & not. per Cy. C. qui accuſ. non poſ. l. ij. & eodem modo eſt caſus: ſi per vniuerſitatem fieret accuſatio, poſſet proſequi per ſyndicum, cùm hic loquatur generaliter ex parte rei & actoris: vt dixi. ſ. in fin gloſſ. ſuper verbo, dicto crimine. licet Dyn. & Cyn. communiter dicant contra in dicta. l. aj, &. nij. ff. de accuſationi. §. finali.

Vniuerſitas in capitalib⁹ per ſyndicum reipõdet.

d ¶ Perinde.] non tamen per omnia: & ſic gratia cõtrarietatis tollendę, non enim ſic poteſt fieri executio in ablentem ſicut in præſentẽ. de qua executione hic dicitur, &. j. dicetur. & idem in omnibus quæ in abſentẽ non cadunt, ſicut in præſentem. de hoc multum not. gloſſ. ff. ad legẽ iul. pecul. l. ſacrilegij. vbi autem contrarietas non reſultaret, perinde eſſet quo ad omnia: ſcilicet quo ad tempus, quò ad modum, & quò ad cæteras qualitates, & idem in cæteris aduerbijs & nominibus ſignificantibus ſimilitudinem: vt. ff. de alimentis & cibarijs legatis. l. à filio §. teſtator.

e ¶ Conteſtata.] cõtumacia de qua dixit, ex vna parte ęquiparatur perſonali præſentię, & litis cõteſta. ex alia parte. nec eñ ſufficeret quem eſſe ꝓſentem, niſi lis eſſet cõteſtata qñ ordinariè ꝓceditur nec ſufficeret litis cõteſt. niſi quis eſſet ꝓſens. l. abſentem. ff. de pœ. & hoc in capitalibus, in alijs ſecus: vt no. in. d. l. abſentẽ. & ibi dixi. Et not. diligenter ꝙ vbicunque abſens põt dãnari, peruenitur ad diffinitiuam ante lit. conteſt. quia illa contumacia habet vim conteſtationis: vt. C. vbi in rem actio. l. ij. & ſic puto actionem perpetuari etiã pro actore ſi ipſe eſſet contumax, ſeruatis omnibus conditionibus quę ponũtur in aut. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. cùm talis contumacia habeat vim cõteſt. lit pro vtraq; parte, qđ patet. quia pro vtraq; parte iudex examinat cauſam.

ptionem[f] teſtium & eorum publicationem[g] & ſequentia[h] quàm ad definitiuã[i] ſniam & eius executionẽ[k] ꝓcedat[l]: legib⁹[m] & cõſuetudinib⁹ nõ obſtãtib⁹[n] qbuſcunq;.

f ¶ Receptionẽ.] hoc facit pro vtraq; parte: nã iudex debet perquirere veritatẽ pro vtraq; parte: vt in aut. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. ibi, perquiſita veritate &c. poteſt etiam abſentem abſoluere. C. de iudi. l. properandum. §. ſin aũt ex geſtis. maximè in cauſis capitalib⁹: vbi etiam ſi poſt ſniam appareret de innocentia, debet iudex principi ſcribere. ff. de quęſt. l. j. §. ſi quis vltro. Item ex hoc apparet ꝙ ex ſola contumacia de iure communi quis non habetur pro confeſſo: vt dixi in. l. lex cornelia. §. fina. ff ad ſyllanianum.

Confeſſio nẽ nõ ĩdu cit de iure cõi ſola cõ tumacia.

g ¶ Publicationẽ.] No. in caſibus in quibus poteſt procedi ſine figura iudicij, requiri publicationem. Item no. in criminibus publicationem fieri. Item not. procedi ad receptionem & publicationem teſtium lite non conteſtata, etiam contra eum qui non eſt verè contumax: qđ eſtcõtra ea quę not. Dyn. ff. de damn. infect. l. iiij. §. toties. & ſic faciunt pro not. & his quę ibi diximus.

h ¶ Sequentia.] vt probationes teſtium, productiones inſtrumentorũ, & allegationes: vt. C. de iudi. aut. iubemus. & ad interrogationes teſtiũ pro declarãdis dictis eorũ ſi quę eſſent obſcura, cõcluſionem in criminalibus nõ puto fiendã, imo qñcũq; quis ſe velit defendere, debet audiri: vt l. vnius. §. cognituram. ff. de quęſtio. & arg. l. j. de quęſtio. in fi. intelligo tñ actori dãdas duas dilationes, reo tres cũ aliqua cauſę cognitione. l. fi. ff. de ſe. alias dilationes dabit iudex cum maiori cauſæ cognitione. hanc tñ puto ſufficere ꝙ videat iudex dilationem poſtulari pro veritate, non cauſa differendæ litis. & hoc modo debet intelligi. §. cognituri. De effectu autem publicationis dixi plenè in repetitione quam feci de aut. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex.

i ¶ Definitiuam.] Vides ergo caſum in quo abſente reo põt negotiũ liquidari, & diffinitiuè pronunciari in criminalibus. ſimile. C. de pœ. l. ne diu. & ff. ad le. cor. de ſic. l. lex cornelia. ver. & hoc crimen. ſcđm vnam lectu. in capitalibus hoc erat de iure antiquo: vt. ff. de pœ. l. abſentẽ. in ciuilibus verò quid iuris ſit actore ablente vel reo, dic vt. C. quomodo & quando iud. authenti. qui ſemel. &. C. de iudicijs, properandum. §. j. cum ſequenti.

k ¶ Executionẽ[a].] Hic eſt caſus ꝙ pars non eſt iterum citanda tempore executionis: quod eſt verum ſi per ſententiam liquet executionem ſic eſſe faciendam: vt ſi condẽnatio facta ſit in rem, vt ipſa res capiatur & vẽdatur. vel ſi eſt facta condemnatio in perſonam, vt perſona capiatur & puniatur. ſolùm enim hoc eſt neceſſe ſciri ꝙ ſit illa perſona cõdẽnata. & iõ exigitur ab eo quędam cõfeſſio ſuper hoc, & proceditur ad executionẽ. aliàs ſecus: ſicut erat cùm capiebatur aliquis aduocatus, vt. ff. de cuſtod. reo. l. diuus. ver. & ſi diuus Pius. & ibi dixi. Si autem condemnatio eſſet facta in pecunia, & pro ea caperentur & venderentur res, & vna res pro alia. tunc debet pars citari, quia in hoc certa cauſæ cognitio requiritur. vt. l. á diuo pio. §. ſi in venditione. ff. de re iud. & ibi dixi.

a Not. hic ꝙ executio late ſnię ſup attentatis debet fieri antequã cognoſcat de principali. Ro. con. cij, & cõ. xcix. & ſi eſt lata ſuper poſſeſſione: debet fieri executio antequã ꝺ petitorio cognoſcat vt no idẽ Ro. conſi. cxiij.

l ¶ Procedatur.] Innuit ꝙ iudex habeat neceſſe facere hoc. inf. contrarium videtur. l. non quicquid. ff. de iudi. & C. quomodo & quando iud. l. j. Solu. inſtantia cauſæ criminalis eſt biennium: vt. C. vt intra cert. tem. crimi. quæſtio. termi. l. j. vnde non cogitur ſententiare niſi prope finẽ biennij: vt. C. de iudi. l properandum. § huiuſmodi. & not. C. quomodo & quando iud. l. j. Et ſic not. pro aſſeſſoribus quibus limitatur certum tempus ad finiendum proceſſum: ꝙ non poſſunt ante expedire, niſi prope finem termini: & hoc vt non cogantur ante ſententiare. ea autem lata executionem coguntur facere ſecundum formam. l. ſi quis intra. C. de bon. dam. & etiam in perſonam ſi haberi poteſt. l. cum reis. &. l. ſi vindicari. C. de pœnis.

m ¶ Legibus.] hęc eſt quarta parſin qua ponitur clauſula derogatoria.

& ¶ Non ligium eſt quando in iuramento fidelitatis prior dominus excipitur: vt tit, hic finitur lex. in fi. &. §. fi. de prohibi, feud. alienatio, per Fride. Ideo quando vaſalli. d. de Turena iurant ei fidelitatem debet iurare aduerſus omnẽ hominẽ excepto Rege Francię, qui ſuper omnes Reges eſt & tanq̃ quidẽ corporalis Deus in ſuo regno. ita Bal. in, d. §. fina. & in, vij. diuiſio. Petr. Iacob. in nona. Benedict. in repeti. c. rainutius, in ver. & vxorem. numero. ccxxx. de teſta. quod notes.

A ¶ Vndecima diuiſio. Feudum aliud annale, aliud perpetuum. Annale eſt ſiue temporale quod poſt annum ſtatim auferri poteſt, vt eſt feudum guardię & caſtaldię, & quod pro mercede alicuius rei datur. c. primo defeud. guardię. iſte tamen annus per pactum poteſt prolongari & tunc potentior eſt conuentionalis prouiſio q̃ legalis, qua ceſſante ſibi locum vendicat legalis. l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ędil. edict. Bald. in proœmio feudo. in. ix. diuiſione plus dicens, poſſe paciſci vt nullo tempore poſsit auferri. ſequitur Iacob. de ſancto Georgio in tractatu de feud. in verſiculo in feudum. in nona diuiſione & Petrus Iacob. in quarta. Hoſtien. in ſumma de feud. §. qualiter feudum, verſiculo perpetuum feudum Ioan. berber. in viato. iuris in rubri. de feud. in queſtione ſecunda ſed hodie hoc in regno ſunt perpetua ac officia, & quaſi pro patrimonio habentur: vt not, Benedict. in verſi. & vxorem. numero ccccclxiiij. cum ſequen. de teſtamen. & ſupra latius dictum eſt, ideo vide ſi libet.

B ¶ Perpetuũ erat regulariter omne feudũ eo modo datũ. §. cùm verò corradus. qui feudũ dare poſſunt, & ibi docto. & illud quod eſt ſimplex eſt perpetuũ. c. j. in fi. in quibus cauſis feudũ amittat, ita tenet Petrus de ferra. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi, in verſi. ac nomine recti, in ſexta diuiſio.

C ¶ Duodecima diuiſio feudorũ eſt: quia quoddam eſt diuiſibile, aliud indiuiſibile. Et quodlibet feudum regulariter eſt diuiſibile quibuſdam exceptis, videlicet regno, marchia, ducatu & comita tu. ita atteſtatur Alua. in nona diuiſio. in proœmio per tex. in. §. omnes, ſi de feudo defunct. conten. ſit inter do. & agna. vaſal. c. imperialem. §. prędterea ducatus. de prohibita feud. alie. per Frideri. Berbe, vbi ſupra in, d. q. ſecunda. Iacob. in ver. in feud. in. xj. diuiſio. Bart. in, l. inter tutores. ff. de adminiſtra. tut. &. l. & ideo. ff. de condictio, furti. Bal. in. l. j. de offic. conſul. Panormita. in capitulo prudentiam. in prin. col. iij. de offici. delegat. & ibi hoc tenent alij poſt eum. Curtius in tracta. feudorum in quarta parte, queſt. xxx. Alber. brunus Aſten. in conſi. lx. incipien. & iſta. ideo diuidi non poſſunt: quia ab vno ſolo reguntur melius q̃ à pluribus. arg. l. iij, §. apparet. ff. de adminiſtr. tut. l. ij. §. nouiſsime. ff. de origine iuris c, gaudem⁹. de diuor. §. quia verò. xciiij. diſtin. nam politia vnius optima eſt, paucorũ etiam bona: ſed plurimorũ eſt difficilis vt bona ſit: cum plures ad virtutis meritũ peruenire difficile ſit. Ariſto tel. in politic. & Lucas de pẽna in. l. viros. col. ſecũda. C. de diuer. offi. lib. xij. & Philo. ij. metaphi. ait, nõ capit regnum duos: quia multitudo principum eſt oneroſa: cũ in apibus vnus ſit princeps. c, in apibus, vij. queſt. j. late. d. Iacob. bonaud. in additio. ad Ioan. de terra rubea in tractatu cõtra rebelles regum. articu. ij. tract. primi. & articu. iij. tracta. terti. conclu. ij. Feli. in, c. quę in eccleſia rum, col. antepe. de cõſtitu. & Iaſ. in. xij. diuiſio. Ange. cõſi. cclxxxvij. incipien. pro clariori. Curtius conſi. lxix. Panor. cõſi. lxxxij. in, j. volumi, Barba. conſi. xiiij. clementiſsimi. col. iij. & cõſil. xl. clementiſsimũ. col. ix. in, iiij, volu. Chaſſa. in vlt. parte Catal. in lv. conſidera. & Albert. brunus tract. de augmẽ. cõclu. x. Hippol. ſing. ix. ſequit Ioã. le cirier in ſuo tract. de iure primogenituræ. q. vij. primi libri vbi pulchra verba ponit, vide dom. Bartholo. de Chaſſa. in cõſuetudi. Burgũd. in rub. des fiedz. §. vj. Alexã. conſil. lx. viſis dubitationib⁹, in tertio vol. & cõſi. xxxv. & ſequẽ. ĩcipiẽ. attẽtis. in quinto volu. Pet. de ferra. in. ix. diuiſio. & ideo in iſtis indiuiſibilib⁹ primogenitus ſuccedit. c. licet. & ibi doct. de voto. gloſ. in. c. ſi hęredes. de teſtamen. Albe. in proœ. ff. §. diſcipuli. latè Dec. cõſi. ccclxxxix. viſa lõga. nume. vj. & alijs filijs debetur apanagiũ. i. legitima nõ per modũ diuiſionis ſed per modũ prouiſiõis ſecundũ Ioã. de Monteferrato in tracta. de ſucceſsione regũ. in primo dubio & ſecundo. &, d, Stepha. buinardus in repe. l. qſquis. col, xvj. C. ad. l. iul, maieſta. &. d. Boer. in tract. de cuſto. cla. porta, ciuita. fol. xv. col. iiij. nec aliqua iniuria fit vltimo genitis, nec cõqueri poſſunt vt expreſsè dicit cõterran⁹ meus. d. Io. de terra rubea in tract. cõtra rebelles Regũ. arti. j, tract, primi. cõclu. xxj. & ſequẽ. imo cõuenit legi diuinę ſecundũ eũ in prima cõclu. hoc latius deducentẽ: quẽ licet videre. Intellige tamen ſupra deducta, videlicet feudũ nõ poſſe diuidi, eſſe verũ quò ad dignitatẽ. ſecus quò ad adminiſtrationẽ: vt vnus frater regat vnã ciuitatẽ, alius aliã. Benedict. in repeti. c. rainuti⁹, in verbo, in eodẽ teſtamento, in j. nu. clxxxv. de teſtamẽ. & etiã bona mobilia vel immobilia pertinentia ad dignitatẽ benè diuidunt teſte Alber. in dictio. in ver. feu. v̄ſi. alia ẽt pulchra. ibi, itẽ q̃re pulchrã. & ĩ additio. ad Pet. Ia. in rub. de cauſis ex quib⁹ do. debet amittere ꝓprieta. in. vj. diuiſi. ſed poteſt fieri cõcordia reſpectu exercitij vt vnus vno anno regat, alter altero anno. arg. l. lucio, & ibi Bar. ff. de aqua quotidi. & ęſtiua. & pulchrè Pyrrus in conſuetudi. Aurelian. titulo de feud. c. j. &. d, Vdalric. Zaſius in repe. l. ſecundę. in verbo, non perinde, ff. de origine iuris.

D ¶ Hodie ex cõſuetudine regni francię oĩa feuda poſſunt diuidi prędter regnũ, vt atteſtatur Fabia. de giochis in repetitio. authẽ. nouiſsima. col. fi. C. de inoffi. teſta. q. fi. Ioã. raynaud. in comprehẽſorio feuda. in prędudijs ad. c. imperialẽ. in quinta diuiſione. &. d. Boeri⁹ in cõſue. Bituri. in. §. ij. de conſuetudini. feud. & ibi in additio. & in. §. ij, de teſt. & in tracta. de cuſtod. claui. fol. xv. col. iiij. ſed conſuetudo eſt in. d. regno q̃ licet diuidatur feudum: primogenitus inter nobiles habet prędcipuũ maneriũ (vt verbo doctorũ v̄tar) ſiue habitationẽ cũ galli vel caponis volatu, iſtius cõſuetudinis meminit Benedict. vbi ſupra. Guido Pape in deciſio. Delfina. q. ccccclxxvj. Ioã. ſanxon in cõſue. Turo. in rub. des ſucceſsiõs des fiedz. articu. xiiij. & late. d. Ioan. le cirier in tracta. ſuo ſolẽni de iure primogeniture. libr. ij. q. iiij. vbi late refert cõſuetudines. vide ibi & lib, j. q. xj. cõclu. ij. & ſeq. & an cõſuetudo diuidẽdi feuda valeat, videtur tex. in. d. §. prędterea, q cõſuetudinẽ reprobat: ergo nõ videt valere ſed cõtrariũ credo. & ita tenet Oldr. cõſili. ccxxxvij. perlectis. in fi. penul. col. Bal. Alua. & alij. ĩ. d. §. ꝓterea. Card. & alij in, c. licet. de voto. & nõ obſtat ille, §. reprobãs cõſuetudinẽ: nã debet ĩtelligi ſi nõ fuerit inducta & ſeruata ſciẽte ſuperiore: ſed ĩ hoc regno patiẽte ſuperiore & ſciẽte fuit ĩducta & ſeruata. ergo

Declaratio arboris Feudorum.

uata ergo ſequitur ꝙ valebit. hoc tenet Ioã. and. in addi. ad Spec. in tit. de feud. in ver. nõ omittã. & Albert. brun⁹ cõſi. lxvj. ex themate qđ &c. latè. d. Ioã. le cirier in ſuo tracta. de iure primogenituręq. xj. primi lib. in. iij. cõclu. & hęc cõſuetudo eſt ĩ Italia, teſte Alex. cõſi. xviij. viſis. in. ij. volu. Dec. cõſi. cccl xxxix. Sozi. cõſil. lxvij. in primo volu. & cõſi. clxv. viſis. col. vij. in. ij. volu. Curtius cõſi. lxvij. ſapienter. nume. xxxj. & conſi. lxix. dominus Ioãnes.

B Decima tertia diuiſio feudorum eſt: quia aliud eſt feudum purũ ſiue ſimplex, aliud verò conditionatum ſeu non rectum. Purum ſiue rectum dicitur quod nõ habet ſeruitia determinata. §. penul. & vltim. quid ſit inueſtitura. ſequitur Petrus Iacob. in ſua practica rubr. de cauſis ex quibus domi. debet amittere proprieta. in ſeptima diuiſione. Hoſt. in ſumma huius tituli. §. qualiter feudum diſtinguaẽ. alijs etiam modis dicitur rectum vt habeẽ in titulo de conſuetudi. recti feud. per doctores & Curtius in ſuo tractatu. feudo. in prima parte, quæſtione octaua, colla. ſexta. Imol. in. c. fi. col. antepenul. de feud.

F Non rectũ ſiue cõditionatũ eſt quãdo in cõceſsione eſt certum ſeruitiũ determinatũ, puta de aſſociãdo vxorẽ dñi, vel de filia maritanda, aut de ſeruiẽdo dño in menſa, vel aliud ſimile. §. fi. de capita. q curiã vend. c. j. de notis feu. & ibi no. & hoc caſu ad alia nõ aſsignata nec expreſſa ſeruitia nõ teneẽ vaſallus. l. j. §. ſi cõueniat. ff. depoſiti. l. legẽ. C. de pact. Ioã. raynaud. vbi. ɜ. in. §. firmiter. col. xxij. Iacob. vbi ſupra in. ij. diuiſione. Rectũ verò põt dici qñ de dñi volũtate & licẽtia adipiſcit poſſeſsionẽ ꝑſente curia vaſallus. nã perinde eſt ac ſi inueſtitura eſſet facta. & eſt hoc feudũ trãſmiſsibile. c. vnico de cõſuetu. recti feu. ſecus ſi data eſſet licẽtia ſine curia: nam tunc nõ rectum diceretur. c. j. quib. mod. feud. cõſtitui poteſt. vel dicitur rectum, id eſt perpetuum. Alua. in. xij. diuiſione. Bal. & Iaſon in ſecunda.

G Decima quarta diuiſio eſt: Feudorũ aliud eſt francũ, aliud non francum. Francũ eſt quãdo vaſallus à ſeruitijs eſt immunis & nullum ſeruitiũ debet: tamẽ nõ eſt francum a maleficijs cõſiſtẽtibus in tacendo fraudem, vt quia non denunciauit inſidias domino quas contra eum ſcit parari: ſiue in faciendo, vt ſi commitat felonia contra dominum priuatur feudo. c. vnico, quib. mod. feud. ami. Feli. latè in. c. cęterum. col. iij. num. vj. de iudic. alioquin eſſet quędam donatio, & non in feudum conceſsio vt declarat Imol. in ç. ad noſtram. col. penul. de reb. eccleſi. non alienand. imo tale feudum contineret repugnantiam, videlicet ꝙ ſit feudũ & prorſus liberũ ab omni fidelitate quæ in iure nõ eſt admittenda. l. vbi. ff. de regu. iur. l. titię. ff. de conditio. & demonſtra. c. ſolicitudinem. de appella. Alua. in ſecunda diuiſio. Bal. in octaua. Berberi. in. d. viato. in rubri. de feud. in ſecunda quęſt. Benedict. in repe. c. Raynutius. in verſi. & vxorẽ. nume. ccccxliiij. cũ ſeq. de teſta. Feli. latè in. c. quę in eccleſiarũ. nume. lxxij. de cõſtitutio. Deci. cõſi. cxciij. & pro tenui. nume. iiij. Curtius in prima parte in. q. viij. col. ix. Alexã. cõſi. iij. col. penul. in. j. volum. & tres effectus huius feudi licet videre per Iaſ. in. viij. diuiſio. Et ideo ſi in inueſtitura hoc modo dicatur, Titius cõceſsit tale caſtrũ in feudũ liberũ & francũ. hęc cõceſsio importat feudũ omni libertate liberũ exceptis duobus ſupradictis, & etiã importat oĩ ſeruitio francũ, vt no. Io. and. in addi. ad Specu. in tit. de preſcrip. & Iaco. in. d. ſuo tract. de feud. in verbo in feudũ. in. viij. diuiſio. Bald. in. l. ſi plures. C. de conditi. inſer. c. vnico. de capita. qui curiã vend. illa tamẽ conceſsio nõ importat ꝙ faciat rem allodialẽ quę tunc dicitur quando à nemine tenetur nec recognoſcitur niſi à ſolo Deo: & ſic dicitur francum quia ſui iuris & nulli ſubiacẽs ſeruituti. & nullũ onus põt imponi ſine cõſenſu poſſeſſoris. c. j. de allod. & ibi doct. Guid. Papę ſing. cccxxx. & Benedict. nume. ccxciij. cũ ſeq. de teſta. & ĩ iſtis bonis allodialibus nõ habet Rex vel alius dominus niſi protectionẽ, vt tenet Benedict. vbi ſupra: & in hoc regno pauca ſunt quæ nõ ſint feudalia vel emphyteuticaria ſecundùm eum, numero. ccccclxv. cum ſequen. vide Corneum cõſi. xvj. aperta. col. penul. in. j. volu. & an dñi temporales habeãt de iure cõmuni intentionẽ feudatã ꝙ nõ, excepto Rege. d. Boer. in. §. penul. de cõſuetudi. feud. in lib. conſuetu. Bitur. & Ioan. ſaxon rubri. j. articu. iij. in conſue. Turo. eos vide ſi libet.

H Aliud eſt non francũ, & eſt qñ in conceſsione dominus retinet aliquod ſeruitium prout fit regulariter vt habetur in libro feud. & no. And. de Iſer. in rubri. in quib. cauſ. feud. amitta. & Bald. in octaua diuiſio. Notandũ eſt tamen ꝙ res quò ad propoſitũ poteſt duobus modis franca & libera vocari. primò quando à nemine tenetur, imo poſsidens habet & directum & vtile dominium: & dicitur allodium, & nõ loquimur hîc: ſed loquitur titulus de allodijs Secundò dicitur franca, vt hîc, quia ad aliud ſeruitium non expreſſum nõ tenetur vaſallus: dabitur tamen laudimium domino directo pro inueſtitura, vt tenet Ioannes raynaud. in. d. compræhenſo. in. c. imperialem. §. pręterea. in primo. q. xx. nume. xvj. ɜ. allega. & hoc quando alienatur, nõ verò quando renouatur inſtar emphyteuſis. l. fi. C. de iure emphyteu. & dominus habebit ius retentionis in feudo ſicut in amphyteuſi. Iac. in tracta. de feud. in ver. qui quidẽ inueſtiti. col. xvj. pro quo facit tex. in. c. vnico. in fi. ibi, aliquid propter feudũ receperint. qui feud. dare poſſunt. in. c. primo. §. titius. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter do. & agna. vaſalli. docto. in. c. ad noſtram. de reb. eccle. non alienand. dominus Boer. in. §. vj. de conſuetudi. feudi ſatis lentè pertranſit cõtra morem ſuum. do. de Chaſſa. in conſuetudi. Burgundi. in rubri. des retrayctz. §. decimo. gloſ. prima nume. vij. in additio. nouis. Quare galli vocẽtur franci an à Frãcione capitaneo vel quia liberi, ſatis explicat Gaguinus in prin. ſui libri, & Benedict. in repe. c. Rainutius. in ver. ſi abſq; ĩ. ij. nume. xxxix. & ſeq. de teſt. &. d. de Chaſſa. in cõſuetudi. Burgund. in rub. des mains mortes. §. v. in princ. vbi vide, & per Paul. emilium in prin. ſui libri & hiſtoriæ gallorum.

I Decima quinta diuiſio. Feudũ quoddã ad hęredes oẽs eſt trãſitorium, aliud nõ. Tranſitoriũ ad oẽs hęredes eſt regulariter quod libet feudũ. nam æqualiter ad oẽs deſcendẽtes tranſit. c. j. §. j. ibi, quod hodie. qui feud. dare poſſunt. & iſtud declarat Iaſ. in prælud. ijs feudo. col. fin. nume. cxxviij.

K Aliud eſt nõ tranſitoriũ ad oẽs, ſed ſolũ ad primogenitũ, vt eſt regnũ hoc Franciæ quod ſolũ primogenito maſculo defertur, & nõ alijs eo ſuperſtite: & idem in Anglia & Sicilia. tex. in. c. licet. de voto. & ibi plenè docto. Bart. in. l. prima. col. xvj. verſi. ſed poſſet dubitari. C. de ſumma tri. Bal. in. c. primo in prin. ſi de feu. controuer. fuer. inter do. & agna. vaſalli. &. l. cum antiquioribus. C. de iure deliberand. & Petrus Iacob. in ſua practi. in tit. de ſucceſsio. regni Franciæ. col. iij. Ioan. de terra rubea in tracta. contra rebelles regum. & ibi. d. Bonaudi in additioni. in tract. primo, concluſi. viij. articu. primo. Iacob. in ſuo tracta. de feudis, in ver. in feudum. in xij. diuiſio. & Alua. in. x. &. c. vnico, de ſucceſsio. feu. Petrus de ferra. vbi ſupra in vlti. diuiſio. d. Ioan. ſanxon in conſuetu. Turonẽ. in rub. des ſucceſsions des fiedz. articulo tertio. & ſi adamuſsim velis videre de hac materia primogenituręvide in. d. tracta. de iure primogenituræ, per. d. Ioan. le cirier. vel quoddã eſt familiare. aliud eſt hæreditarium vt nota. Bald. in. l. cùm virum. C. de fideicõ. Familiare eſt quod pro ſe & familia recipitur, & in reſtitutione fideicommiſſi non venit niſi fideicommiſſarius ſit de familia. l. quia poterat. ff. ad trebellia. Hæreditarium eſt quod quis habet pro ſe & hæredibus quibuſcunq;, & ad omnes hæredes extenditur ſiue ſint de familia ſiue non. & Deci. conſil. cccxc. quoniam ex. nume. v. &. cccxcv. in cauſa. ſecus ſi pro ſe & liberis. And. de yſer. in. §. hoc quoq;. de ſucceſ. feu. Alex. cõ. xix. ſup eo. in. v. vol. Dec. cõſi. clxxxv. in cauſa. & Curt. in ſuo tracta. de feud. in prima parte. q. viij.

L Decima ſexta diuiſio feudorũ eſt: nam aliud eſt corporale, aliud incorporale. Corporale eſt quod in immobilibus conſiſtit, caſtro, mãſo & ſimilibus rebus tangibilibus. §. itẽ. & ſeq. &. §. ſi qs de manſo. ſi de inueſt. feud. contro. ſu. & Petrus Iacob. in forma libelli pro re emphyteuticaria, in fi. Iaco. Alua. in prælu. feu. in. xxij. diuiſi. & in. c. vnico, col. iiij. in qui. cau. feud. amit. Curtius in ſuo tracta. feu. in. vj. q. in quarto requiſito. declarant docto. inſtitu. de reb. corpor.

M Incorporale eſt quod cõſiſtit in iuribus decimalibus, vel iuriſdictionalibus & ſimilibus, vt feudũ guardiæ & caſtaldiæ. c. vnico. §. fi. de feud. cog. ſequitur Siluester de prierio in ſua ſumma, in ver. feudum. in prin. in ſecunda quæſtio. Alua. in vltima diuiſion. in procemio feudorũ. Iaſ. in. xiiij. diuiſio. Ideo laici poſsidentes decimas (quas ante concilium Lateranenſe à papa cauſa defenſionis eccleſię habuerũt) iuſtè nũc eas detinẽt, vt vult Panor. in. c. cùm apoſtolica. de his quę fiunt à prælato ſine cõſen. capitu. illas tamẽ non poſſent alteri laico in feudum dare niſi loco religioſo, vt no. doct. in. c. prohibemus. de deci. ſequitur Pet. de bella pertica in. v. quęſtio. tracta. de feud. & hoc cum conſenſu capituli ſecundũ eos & Berber. in viato. iuris in rub. de feu. quæſtio. quarta. & an ſine conſenſu ponit Iaſ. in. c. primo. qui feudũ dare poſſunt. col. penult. & vlti. cano. Cardi. Andr. & Imol. in. c. ſecundo de feud. vbi plenè eos vide ſi libet. & latè ponit. d. Boer. in conſuetu. Bituricen. in. §. xj. de cõſuetu. prædio. cum cõſenſu tamẽ epiſcopi poterit dari in feudum decima alteri laico conſuetudine dictante: licet contraria opinio ſit communior, vt atteſtatur Stephanus maleret. in tractatu de electio. fol. xxvj. col. prima.

N Decima ſeptima diuiſio. Feudũ quoddam eſt de camera, aliud de cauena. probatur hæc diuiſio in. c. vnico. in fi. de feud. cognitio. Feudum de camera eſt quando princeps cuidam nobili concedit decem recipienda de camera communi vbi theſaurus reponitur: hoc debet recipi ſingulis annis. & exemplũ ponit Alua. in. d. c. j. in ciuitate Paduæ, vbi eſt locus qui appellaẽ camera ad quã eſt deputat⁹ officialis qui camerarius appellaẽ cuius officiũ eſt colligere & diſtribuere oẽs introitus ciuitatis. & de hoc videẽ no. in. §. p̃cepta. in authẽ. de defenſo. ciuit. col. iij. & tali vaſallo nõ debet fieri ſolutio de tali camera vel cauena niſi ibi ſit vnde ſolui poſsit: nã ſi euacuata ſit ſine dñi culpa, debet vaſallus expectare donec ſolui poſsit. Solui aũt poſſe intelligiẽ deducto ęre alieno: vt in titulo de notis feud. in prin. & Alua. in. d. §. fi. de feud. cogni. col. ij. & iſtud tranſit ad hęredes, & eſt feudũ propriè. §. ſi verò vaſallus quid ſit inueſtitu. declarat Iaſ. in prælud. feudorum. col. penul.

O Feudum de cauena eſt qñ princeps cõcedit vt decem ſextaria frumẽti vel vini ex cauena recipiãtur: q̃ dicitur locꝰ in quo frumentũ, vinũ, & huiuſmodi introitus colliguntur, cõſeruant & diſtribuũtur. declarat Alu. ponẽdo exẽplũ in eccleſia ſuę ciuitatis ĩ qua eſt locus q vocaẽ Canipa ad quã eſt officialis cõſtitutꝰ qui habet coll gere, cõſeruare & diſtribuere tales introitꝰ. & ille feudatarius nomine regio colliget & recipiet quicq̃ in vino ꝓ ſe ſicut ĩ ciuitate Burdegalẽſi aduocatꝰ regius & ꝓcurator. & vide Alua. in ꝓœmio feudorũ in. xvij. diuiſio. & Bal. in. c. vni. de notis feudo, &. c. vnico. §. ſi verò vaſallꝰ. qđ ſit inueſtitura. & Alua. vbi ſupra.

Declaratio arboris Feudorum.

¶ Decimaoctaua diuiſio feudorũ eſt: nam quoddã dicitur feudũ guardiæ, aliud caſtaldiæ, & aliud quod pro mercede datur. Feudũ guardiæ eſt qd̃ pro cuſtodia datur, vt qñ princeps deputat alicui caſtro guardiatorẽ ſiue cuſtodem. nam propter cuſtodiã deſignat̃ tale feudũ: vel guardia habet feudũ annexum, vt declarãt doct. ĩ c. vnico, de feudo guardiæ, & põt poni exemplũ in capitaneo aquarum morcuarũ, cui cuſtodia ciuitatis datur in feudũ, & vocat̃ capitaneus aquarũ mortuarum, & habet magnã turrim in ſummitate cuius ſingulis in noctibus ponit lumẽ vt reducat̃ nauigantes ad portum, vt ſæpius vidi, inſtar ciuitatis Ianuę de qua meminit Ioã, de plateañ, l. penul. C. de naufrag. lib. xj. & hoc feudũ anno finito põt reuocari, niſi ad certũ tps fuerit cõſtitutũ, c. vnico de feudo guardiæ. qa etiã officia olim nõ durabãt niſi anno. l. præſidis, cũ ſimilib⁹. ff. ſi cer. pet. & finito officio finitũ erat feudũ: qa ceſſante cauſa &c. c. cũ ceſſante. de appel. l. adigere. ff. de iurepatro. l. qd̃ dictum. de pact. & de iſto cuſtode ponit latè d. Boer. in ſuo elegãti tract. de cuſtodia clauiũ porta, ciuita. per totũ, maximè fol. vj. vbi pulchrè. Sed hodie cõmuniter feuda & officia ſunt in hoc regno perpetua, id eſt ad vitã recipientiũ duratura, & hoc qñ emanãt̃ a rege vel ab his q̃ ſunt ex eius ſanguine, & hoc ex cõſuetudine generali regni: vt ſæpius vidi obſeruari, & audiui, & ponit Benedic. ĩ repetitio, c. rainutius. in verſi. duas. nume. xliiij. cũ ſeq. de teſtam, ſecus ab alijs dominis: quia ad nutũ durãt dominorũ. Notandum eſt tamẽ q̃ habẽs caſtri cuſtodiã vel ciuitatis ſi eã amiſerit, præſumitur culpa amiſiſſe. l. cùm ita. §. ſpecies. ff. de leg. ij. & gloſ. refert Barba. in additio. ad Bal. in. c. vnico de feud. guardiæ. qd̃ eſt mẽti tenendũ contra cuſtodes fortaliciorũ, qui in hoc regno cuſtodias caſtrorũ relinquũt: vt nuper vidimus de ciuitate Rhodiorum, & alijs multis caſtris. & pro hoc põt allegari text. in. l. quicũq; C. de fund. limitro. lib. xj. vbi nullus priuat⁹ põt cuſtodiã caſtri recipere in limitib⁹ regni exiſtẽtis, niſi ex cõceſſione principis: & contra facies capite plectit: & hoc propter regni pericula dietim cõtingẽtia: nec aliquis in prędicto regno põt epiſcopatũ obtinere ſine regis nominatione & cõſenſu: vt habetur in titulo de electio, in concordato, in, §. j, latè ponit Benedict. vbi. ſ. nume. ccccv. cum ſequen, de teſtamen. & in ordina. reg. in rubri. dũ droyt de regale,

Q ¶ Feudum caſtaldiæ eſt quod datur propter procurationẽ: nam caſtaldus dicitur is cui res domini gubernanda mãdatur. gloſ. in c. vnico de feudo guardiæ. & in. l. ſi. C. quod cum eo.

R ¶ Feudũ quod datur pro mercede dicit̃ illud qd̃ eſt alicui cõceſſum propter laborẽ, & pro mercede. Alua. ita tenet in. d. c. vnico de feudo guardię. & ibi Barba. in addi. ad Bald. dicit q̃ cõmuniter datur pro mercede alicuius vilis officij, vt q̃ officio coqui, l. legatis ſeruis, §. ſi ex officio. ff. de lega. iij. & coqu⁹ prĩcipis dicit̃ habere dignitatẽ, ſecundũ eũ. nil allegat: ſed adduco tex in. l. nemo. ibi nobis iubentib⁹ ſuſtinetur. C. de dignita. lib. xij. quẽ clamat ſing. Roma. ſing. deccv. dicens officium quantuncunq; vile mandante principe effici nobile. ſequitur Feli. in. c. fraternitatis. de hęreti. docto. in. l. j. C. de manda. princip. Iaſ. in. l. oĩum. in primo not. C. de teſtamẽ. idem dicit Areti. de ſecretarijs principis in. §. fina. col. j. inſtitu. de excep. ſequit: ¶ Bonus de curtili in tracta. nobilita. in tertia parte, numero. clvj.

S ¶ Decimanona diuiſio feudorũ eſt: Aliud eſt in curte dñi, quoddã extra curtẽ. hęc diuiſio elicitur ex. c. vnico. de capita. qui curiam vend. vbi tunc dicitur feudũ in curte quando dñs habet dñium poſſeſsionũ & feudorũ totius villę: ita q̃ oẽs ruſtici & coloni dictæ villę recolligũt oẽs fructus & reditus dñi, & portãt illos ad domũ dominicalẽ, id eſt ipſius domini exiſtentẽ in dicta villa: & illa domus appellatur curia ſeu curtis domini. ideo ſi dñs cõcederet in feudũ vnũ manſum de dicta villa, vel vt vaſallus haberet annuatim certũ reditũ de dicta curte, & oẽs alij fructus eſſent domini: tunc ille vaſallus dicitur in curtę, & eſt feudũ in curte. ponit idem Alua. in prooemio feudorum, in. xiiij. diuiſione.

T ¶ Feudũ extra curtẽ eſt quãdo dominus nõ habet dominiũ totiꝰ villę: ſed poſſeſsiones pro maiori parte ſunt ruſticorũ vel aliorũ: & dominus modicũ habet, puta duas vel tres poſſeſsiones: & nõ eſt neceſſe q̃ teneat ibi domũ dominicalem. nam ſi dictas poſſeſsiones infeudaret, diceretur habere vaſallum extra curtẽ. c. vnico, §. penulti. & fina. quibus mod. feudum amittatur.

V ¶ Vigeſima diuiſio feudorũ eſt, quia feudũ aliud eſt aduocatiæ, aliud de tabula ſeu quaternata. Feudũ aduocatię appellatur qñ eſt aliquis aduocatꝰ forte fiſci: & illi aduocatię eſt feudũ annexũ q̃ ſuis ſtipẽdijs exoluẽdis: & idẽ in iudicatura vel procuratia notaria, vel alio officio cui feudũ ſit annexũ. probant prędicta in. c. vnico. §. quicũq; aduocatiã. de pacetenẽ. & eius viola. & idẽ puto in feu. ſcutiferorũ ſcdm Alua. in prooe. feudorũ in. xviij. diuiſio. & in titulo de feudo guardię. & Iaſ. in col. penul. in prędudijs feudo.

X ¶ Feudum de tabula ſeu quaternata eſt qñ ſpectat ad collationẽ regis vel dñi: & illa ſunt ſcripta in quaternis cameræ ſicut in camera cõputorũ Pariſius. declarat And. de Iſer. in. c. j. de cõtrouer. inueſtitu. apud pares terminã. Alua. in. xxj. diuiſio. ſequit̃ Lucas de pẽna in. l. j. col. ij. C. de vẽditio. rerũ fiſcal. lib. xj. & l. quicunq; col. iij. de qĩ agro deſert. lib. eo. & l. j. col. viij. de imponẽda lucra, deſcriptio. lib. x. videto ſi libet. Aliud eſt feudũ emptitiũ ſeu mercenariũ: & id eſt qd̃ pecunia acquirit̃. l. titius. ff. de obſeq. Curtius cõſi. l. col. j. Aliud eſt feudũ edictale qd̃ qs habet ſtatim q̃ eſt hæres vaſalli, cuius pſonã repręſentat, & on⁹ homagij videt̃ ſubijſſe, no. Specu. in tit. de feudis, in. §. qñ. verſicu. xxvij. & hoc habet ex edicto p̃toris mortui, vt ibi not. Aliud decretale quaſi à dño decretũ. nam mortuo vaſallo hęres ſiue filius tenet̃ à dño petere inueſtiturã, & dñm agnoſcere, & iuramẽtũ fidelitatis p̃ſtare: & idẽ dñs tenet̃ eundẽ recipere vaſallũ: & recipiẽdo videt̃ ſibi decerne re ius in feudo, ideo decretale feudũ vocat̃, vt declarat Iaſ. in plu dijs feudorũ in fine, &, d. Boer. in. §. vj. de cõſuetu. feudi in cõſue, Biturigũ Sicut dicit̃ de bonorũ poſſeſsione. nã quædã eſt edictalis, quędã decretalis, de qua vltima eſt tex. in. l. j. §. decretalis. ff. de ſucceſſo. edict. de vtraq; loquit̃ gloſ. in. l. iij. §. à municipib⁹. ff. de bono, poſſeſ. doct. in. j. fi. §. q amit, declarat mirificè cõſocius ac cõterrane⁹ me⁹. d, de Cõtadis. in ſuo tracta. de bono. poſſeſ. fol. vij, & ſeq, vbi potes videre. Aliud eſt feudũ qd̃ ipo iure amittit̃: aliud p ſentẽtiã. ipſo iure tũc amittit qñ vaſallus iure ,phibẽte ſine dñi pmiſsione alienat: nã licet in aliũ trãsferre feudũ nõ polsit: tamẽ illud verè amittit de cõſuetu. libri feudorũ. c. j. de lege corrad. gl, in. c. j. quib. mod, feu. amitta. c. imperialẽ. §. callidis. iuncta gloſ. & §. ſequẽ. de prohi, feud. aliena. per Fride. & ibi latè Ioan. raynaud, & Petr. Iacob, in ſua practica, in forma libelli pro re feuda. in. ij, & rubr. dę feudo aperto, c. vnico. §. qui clericus, ſi de feud, defunc. cõten. ſit inter domi. & agna. vaſal. Barba. conſi. xj. illud afferam, col. viij. in. ij. volumi, d. Barcho, de chaſſa, in conſuetu. Burgund. in rub. des fiedz, §. viij, gloſ. cõmiſe na point de lieu. &, d. Ioã. ſanxon in cõſuetu. Turoñ. in rubr. cõment homage ſe doyt offrir. artic. j, in. j. cõcluſio. & vndecim caſus in quib⁹ ipſo iure perditur feudũ ponit Franciſ. Curtius in ſuo tract. feudal, in quarta parte. verſi. reſtat &c, & qd̃ remediũ poſsit dñs intentare, ponit Iaſ. latè in. l. vnica. col. v, & ſeq. poſt alios. ff. de cõdict. ex lege. & in prooemio feud. hodie alienat̃ nec perdit̃ vt. ſ. dixi in, iij. q. ¶ ſi. vj. &c. Per ſententiã feudũ vaſallus amittit qñ requirit̃ ſententia priuatiua & lex nõ priuat, c. j. de feu, ſine culpa nõ amit. §. j. quo tẽpore miles inueſtitur. pete, debeat, & iurib⁹ ſupra adductis. In dubio tamẽ qñ vaſallus amittit feudũ debet intelligi p ſententiã, non ipſo iure. Petr. Iacob. in. d, ſua practi. in forma libelli de condict. ex lege nõ ſcripta. col, j. & Curtius vbi ſupra, Quęro nũc finaliter quę ſit vtilitas qñ ipſo iure amittat̃, & an ſit maior q̃ per ſententiã. & videt̃ q̃ nulla: quia licet ſit priuatio ipſo iure ſiue per ſententiã, ſemper requiritur ſentẽtia ſaltẽ declaratoria. c. cũ ſecundũ leges. & ibi doct. de hęreti, lib. vj. Feli. latè in. c. rodulphus, de reſcrip. & in. c, cũ nõ ab hoſte, de iudic. Rñ. tres eſſe vtilitates principuas qñ ipſo iure nõ amittit̃. Prima eſt, qa qñ quis eſt ipſo iure priuat⁹: tenetur ad reſtitutionẽ fructuũ quos recepit à die quo fuit priuatus, licẽt expoſt interuenerit ſentẽtia declaratoria. ita tenet gloſ. mirabilis & ſing. in authẽ, de inceſt, nup. in ver. imminere. col. ij. ſecũdum Bal. in marga. in verſi, priuatio, & Ange, in tracta. in gl. & ei⁹ bona. ver. quęro licet accuſatio. & Iacob. in tract. ſæpe allegato de feud. in verbo, dictiq; vaſalli, col. xv. probat̃ ar. l. eũ qui. in princi. ff. de his quib. vt indig. tex. & ibi glo. in ver. ,puẽtib⁹. in. c. de multa. de p̃ben. imo fructus recipiẽdo poſt priuationẽ, ipſo iure quis cõmittit furtũ: & atteſtatur Bal. in. §. iniuria. col. iij. de pace iura. firmãd. ſequit̃ Iaſ. in. l. ij. col. v. nume. xvij. C. de iure emphyteu. plꝰ dicẽs, q̃ ſi emphyteuta ſit priuatus nõ ſoluendo canonẽ per trienium: ſi tamẽ perſeuerauerit in poſſeſsione recipiẽdo fructus, ad reſtitutionẽ tenet̃. allegat Ange. in. §. ſi verò, in authẽ. de nõ alie, col. ij. Secũda vtilitas eſt propter rei alienationẽ: quia ipſo iure priuatus nõ alienat. l. manicheos. C. de hęreti. l. fi. ff. ad. l. iul. maie, & ibi latius doctores. Tertia eſt vtilitas, & vltima pro nũc ,ppter modũ agẽdi. nam alio modo agitur poſt priuationẽ ipſo iure ante ſententiã declaratoriã, & alio quando quis debet priuari per ſententiã, vt tenet Ioan. Ray. in ſuo feuda. comprehenſor. in. §. pœna. numero. xiiij, de prohibita feud. aliena. per Fride. declarãt doctores in. d. c. cũ ſecundũ leges. Felin, in. c. rodulphus, de reſcrip. & c. cũ nõ ab homine. de iudic. & hoc contra beneficiatos hæreticos, ſiue Lutheranos, vel ſimoniacos. alias vtilitates vide per Iacob, de bello viſu in ſua practica, rub, de quęſtio, fo. lxxxij. nu. cxj. vbi ponit̃ quinq; multaſq; alias feudorũ diuiſiones curioſus reperiet quia tot ſunt feuda ſeu ſpecies feudorũ quot ſunt qualitates perſonarũ & modi dãdi, vt notat Ioã. Berber. in. d. viator. iuris, rubr. dę feud. His tamen intellectis arbitror alias diuiſiones feudorum rectè intelligi: in quibus omnibus ſubmitto me correctioni charitatiuè cuiuslibet meli⁹ ſentiẽtis, iuxta tex. in, l. claudius felix. in fi. ff. qui potior. in pigno. habeã. gratias Deo, Virginiq; Mariæ, aq̃ toti cęleſti curię agendo.

FINIS.

Spes mea Chriſtus.

NOVELLARVM CONSTITVTIONVM DOMINI IVSTINIANI Sacratiſsimi principis, incipit liber Primus.

Proœmium.

Liber iſte Nouellarum per Decretal. approbat̃ ꝙa ex eo in illis iura inducũtur : vt.j. extra de teſti.c.ij. Itẽ & per Decretal. vt xvj.q. iij. §.põt. ver ſu quas actiões. &c. Facit etiã mentionẽ tex.& glo. in prima conſti.C. per.ij. col. in verbo, ỹ nouellis & per gl. C.ad Trebel.authẽ ti.niſi rogat⁹.& gl. in authẽ. ſed nouo iure.C.de ſer.fugit.

PRimum quidem in digeſtis & cõſtitutionibus diximus parẽtibus quidem & liberis, necnon & fratribus & patronis certam quãdam portionem,ex noſtra deberi ſubſtantia,quã neceſſeeſt omni modo eis relinquere: niſi forte ingrati circa nos apparuerint.¶ Aliæ autem perſonæ,quæ neq; parẽtis,neq; liberorum,neq;fratris,neq; patronis loco habentur ſiue ingrati ſint,ſiue nõ:ex voluntate noſtra hęredes nobis exiſtunt:vel lucrum ex noſtro patrimonio capiunt.His itaque perſonis eo modo diſcretis videamus caput conſtitutionis propoſitum.Eius autem vis ac poteſtas talis eſt:

TITVLVS I.

Si hęres legata ſoluere noluerit.

SI QVIS parentem,vel filium, vel fratrẽ, vel patronum inſtituerit hęredẽ & legatum ſiue fideicõmiſſum ab eo legibus non incognitum alicui reliquerit,ſi quidem voluntatem defuncti ſcriptus hæres impleuerit, & ſine fruſtratione legatum exoluerit,tunc habeat firmiter hęreditatem defuncti, & iudicio potiatur eius,cuius euinci iudicium paſſus nõ eſt.¶ Sinautem reluctãdum eſſe volũtati teſtatoris exiſtimauerit: & legatario moras fecerit intantum, vt etiam legatarius iudicem adeat, & victricẽ ſententiam capiat:& tñ nihilominus hæres moras ſimiliter faciat, vt poſt iudicialem calculum annale prætereat ſpatium:tũc ſolam legitimam portionem ſibi debitam hęres inſtitutus habeat,& reliquã partem amittat.quę pars ſi quidem ſubſtitutos habuerit:prius ad eos veniat.Sinautẽ ſubſtitutos nõ habeat:tunc ad cohæredes ipſius.Sinautem & cohæredes quidem nõ habeat:tunc ad generalem fideicommiſſarium perueniat.Quòd ſi plures ſint generales fideicommiſſarij: tunc ei deferatur qui maiore ex parte fideicõmiſsi honoratus eſt. Quòd ſi nemo ex ſuprà ſcriptis perſonis ſubſiſtat:tunc ad legatarios pars memorata pueniat.Quòd ſi nec legatarij ſint: tunc ad eos perducatur,quibus teſtator libertatem donauit. quicunque autem ex ſuprà ſcriptis omnibus pſonis partem ſibi delatam amplexus fuerit: his volũtatem teſtatoris omni modo impleat.¶ Ideoq; & cautionẽ præſtare eũ oportet, qui omni modo impleturus eſt eaque in teſtamento defuncti continentur,ordine ſcilicet hoc obſeruãdo,vt inter legatarios quidem & fideicõmiſſarios generales fideicommiſſarij cęteris legatarijs & fideicommiſſarijs pręferantur.quòd ſi nullus generalis fideicõmiſſarius ſit:tunc illi veniant qui maioribus legatis vel fideicõmiſsis honorati ſunt.Quòd ſi nemo exhis vel non potuerit,vel noluerit partem memoratam admittere:tunc illi vocentur quibus teſtator libertatem reliquerit:ſed non paſsim,ſed ſecundùm ordinẽ ſcriptu rę vocẽtur:vt cui primum libertatem donauit,eius conditio præcellat.& ſi primus vel noluerit, vel non potuerit partem admittere:tunc ille veniat qui ſecundo loco libertatem accepit.Hæc ſint,ſi vnus ex parentibus,vel liberis,vel fratribus,vel patronis hæres ſcriptus ſit.Sinautẽ hęres inſtitutus extraneus ſit,& moras faciat legatario per totũ annale ſpatium poſt iudicialem ſententiam numerandum:tunc nullã partem,nullum emolumentum ſcriptus hæres ſentiat: ſed & omne quod à teſtatore ei præſtitum eſt,auferatur abeo, & veniat ad eos quos ſuprà ſcripſimus ſecundùm eũdem ordinem & eandem obſeruãtiam:ita tamen vt eodem modo is qui ad partem vocatur,cautionem præbeat, quòd omni modo impleturus ea ſit quæ in teſtamento defuncti continentur.Quòd ſi nemo ex his de quib⁹ loquuti ſumus,appareat:tũc etiam agnatis ſiue cognatis defuncti pateat aditus: quàmuis in teſtamento nulla eorum comprehendatur mentio.quòd ſi nec tales perſonę appareant: tunc extraneis qui buſcunq; loçus fiat,ſi velint hæreditatẽ ſuſcipere, & de implenda volũtate teſtatoris cauere.Quòd ſi nec talis extraneus inueniat̃ qui defuncti ſucceſsionem cũ prædicta cautione ſuſcipiat:tunc fiſco res vendicentur,ſed & ipſo voluntatem teſtatoris impleturo.¶ Illud autem certum eſt, quòd ſi filius à patre in teſtamento eſt exhæredatus : neq; ex ipſo teſtamento,neq; ab inteſtato lucrari aliquid poterit occaſione huius conſtitutionis.Omnes autem qui ex hac lege ad rerum vendicationẽ vocantur:omnia iura hæredum habeãt, id eſt ius aditionis & pro hærede gerendi,& conueniant & conueniãtur omnibus,quę diximus,obtinentibus. & ſi nõ ab hęrede,ſed à legatario vel fideicõmiſſario,& forte ab eo qui mortis cauſa aliquid accepit dari fierive vt teſtator voluit,id eſt vt ordo vocationis,incipiat quidem ab inſtitutis deſinat autem in publico.

TITVLVS II.

Ad legem Falcidiam.

SI QVIS ab aliquo ſcriptus hæres in teſtamẽto fuerit,in quo legata vel fideicommiſſa relicta ſunt:timeat autem ne forte legata vel fideicõmiſſa legata rijs vel fideicommiſſarijs relicta totam ſubſtantiam teſtatoris exhauriant,vt ipſe nihil ab hæreditate ſibi relicta lucretur: ſi velit emolumẽtum legis falcidiæ integrum ſibi ſeruari,faciat inuentarium rerum quas teſtator ſibi dereliquerit pręſentibus legatarijs & fideicommiſſarijs,qui in eadem ciuitate degunt:niſi forte propter ſexum vbi fœminæ ſunt: vel propter dignitatem,vel propter morbum,vel propter ætatem,vel vincula præſto eſſe impedirentur : tunc enim illos repræſentari oportet in cõſcriptione inuentarij, qui negotia eorum legitimè adminiſtrant.Quòd ſi omnes præſto nõ ſint legatarij,ſeu fideicommiſſarij: tunc teſtes adhibeantur tres,quorũ fides & opinio probata ſit.teſtes autem ex ea ciuitate eſſe oportet, in qua conficitur inuentarium & ſub cõ ſpectu eorum atq; pręſentia præcedat inuentarij confectio. Solis enim tabularijs ĩ ea cauſa nõ credim⁹.Quòd ſi poſtea reuerſi fuerĩt legataria & quaſdã res ab hæredib⁹ ſubreptas eſſe putauerint,eaſq; cęlatas,& in inuentario non inſertas, liceat eis per tormenta ſeruorũ hæreditariorum veritatem

inquirere, & fraudes hęredum manifeſtare, ſcilicet ipſis hęredibus nihilominus cogendis iuſiurandū pręſtare. Quod nullo modo in conſcribendo inuētario doloſè verſati ſint: & teſtibus ſimiliter compellendis ſacramentum præſtare, quòd de nulla fraude conſcij ſunt ſcriptis hęredibus. Hæc ſunt ſi legatarij præſentes ſint, hi veniant vel homines eorū interueniāt, aut abſentib⁹ eis tres bonę opiniōis teſtes repręſentari oportet. Quòd ſi legatarij pręſto qdē fuerint: ipſi autē venire, vel homines ſuos mittere ad inuentariū cōſcribendū noluerint: tunc libera licentia pateat hæredibus triū teſtiū abhibito teſtimonio inuētarium facere, nullo à legatarijs obijciendo poſtea obſtaculo ſi voluerint, & in hoc caſu per tormēta ſeruorū hęreditariorum, vel per ſacramētū hęredū ſiue teſtiū veritatem manifeſtare. & his quidem hęres qui hæc omnia obſeruauerit, legis falcidię beneficiū retinebit. Quòd ſi non fecerit inuētariū, nec ſupradicta obſeruanda cuſtodierit, ſciat ſe omnia legata vel fideicōmiſſa legatarijs vel fideicōmiſſarijs ſoluturū, quānuis nō ſufficiat teſtatoris ſubſtantia vt interdum & de ſuo præſtare legata & fideicōmiſſa cogatur. ¶ Tota autem iſta diſceptatio toties locū habebit, quoties teſtator ignorās facultatū ſuarū modum legata vel fideicōmiſſa ampla reliquerit. Alioquī ſi ſciens quantū habeat patrimoniū, & ſpecialiter expreſſerit: vt nō liceat hęredi falcidię legis beneficio vti: neceſſe eſt voluntatem ipſius tenere. Et ſi quidē adire hęreditatē eius maluerit: is quē hæredē ſibi ſcripſit: omnimodo legata & fideicōmiſſa pſoluat ſine quadā diminutiōe nullū habitur⁹ lucrum, niſi pietatē ſolā, ſcilicet quòd volūtati teſtatoris gratis obtemperauit. Si autem repudiauerit hæreditatem, loc⁹ fiet ſubſtitutis, & poſt ſubſtitutos cohęredib⁹, & poſt cohæredes fideicōmiſſarijs generalibus, & poſt gnales fidei commiſſarios legatarijs, & poſt legatarios ijs qui libertate donati ſunt, & poſt eos qui libertate donati ſunt venientib⁹ ab inteſtato agnatis ſiue cognatis, & his non apparentib⁹ extraneis, & poſt extraneos publico.

TITVLVS III.

De legatorum exequatione.

NVLLAM licentiā ſcriptus hæres habeat quibuſdam legatarijs ſolida legata perſoluere, quibuſdā ex parte pręſtare ſed omnibus pro rata portione ſoluat ſiue inſolidū ſiue in partem ęqualitatis ratione cōſeruata. vel enim cognoſcens ab initio modum ſubſtantię, diminuere legata nō debet. vel ſi quibuſdam ſolida legata perſoluat: omnibus perſoluere debet: niſi forte mirabile aliqd extiterit quod diminuat teſtatoris ſubſtantiam.

TITVLVS IIII.

Vt legata intra annum pręſtentur.

INTRA annum modis omnibus relictum legatū pręſtetur. Initium autū anni eſſe oportet illud tēpus quo ex diffinitiua iudiciali ſentētia reus admonitus eſt propter legati ſolutionem. Anno autem trāſacto hęres qui legata non ſoluit, hæreditatē teſtatoris amittat: & locus fiat illis perſonis, quam ſupra fecimus mentionem ſed ab annali ſpatio impuberibus vel adoleſcentibus nullo præiudicio generando. hi enim duplici via muniti ſunt. nā & reſtituii in integrum poſſunt, & competentes actiōes aduerſus tutores ſuos vel curatores dirigere. Ea aūt q̄ dixim⁹ teneant ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis teſtamentum ſiue voluntas proferatur. in omni autē perſona teneāt ſiue priuata ſit, ſiue militaris, ſiue religioſa, ſiue imperialis.

TITVLVS V.

De iis qui ad ſecundas nuptias migrauerunt.

NVLLA licentia ſit mulieri vel marito, quiquæve ad ſecundas migrauerit nuptias in donatione propter nuptias vel dote, cuius ſolum vſumfructum habet, non etiam dominium aliquem de liberis ſuis anteferre, ſed ſit ꝓprietas rerū omnib⁹ debita portionib⁹ exæquatis.

IDEM.

SI MARITVS vel mulier, quiqueve ad ſecūdas migrauerit nuptias, res dotis vel propter nuptias donationis alienauerit, quocūq; tempore alienatio facta neq; rata, neq; irrita ſit ſed interea maneat in ſuſpēſo. Et ſi quidem parens qui alienauerit, ante liberos ſuos moriatur omni modo rerū alienatio refutetur. Si autem eo ſuperſtite ab hac luce liberi ipſius exempti fuerint, in tantam portionem alienatio valebit, quantam ſuperſtiti parenti mortis liberorum caſus detulerit, id eſt, vt tantam portionem lucretur, quantam pepigerit in inſtrumento dotis vel donationis habiturum ſe ſi liberi qui poſtquam editi ſunt, mortui fuerint. In alia autē portione alienatio non valebit: niſi forte filij eundem parētem qui alienauit teſtamento vel ab inteſtato reliquerint.

IDEM.

SI FILIVS inteſtatus mortuus fuerit, portio quę cōpetit ei ex dote aut aānuptiali donatione nō veniat ad parētē ſuperſtitem, ſed ſoli fratres ipſius ad eam partem vocētur, ſcilicet ſi ſine liberis ipſe mortu⁹ eſt: liberi enim defuncti & fratrib⁹ eius & parētibus pręferunt. In aliā aūt ſubſtātiam quam mortuus dereliquerit, pariter cū fratribus parentes vocent, ſiue ad ſecūdas migrauerit nuptias, ſiue nō. ¶ Quòd ſi teſtamēto cōdito filius deceſſerit: illi veniant, qui ſcripti ſunt, niſi forte inofficioſi querela teſtamentum eius euacuauerit.

IDEM.

SI MVLIER defuncto marito ad ſecūdas peruenerit nuptias, res quæ ad eam peruenerīt ex donatione propter nuptias priores hoc modo adminiſtrētur. ſi quidem immobiles ſint, mulier eas habet: & liberis ſuis, ſi ſuperuixerīt, cō ſeruet. Si autem mortui fuerint portionē quidē rerum quā mortis liberorū caſus ei detulerit, modis oībus habeat: reſiduā aūt partem hęredes eorū lucrētur. ¶ Si autē donatio ꝓpter nuptias in rebus mobilibus ſit: tūc res quidē apud liberos ſint: vſurā aūt matri dependāt tertiā cēteſimę cū competenti cautela quod prædictā vſurā ſine fruſtratione in omni ſequēti tpe perſonaliter pſoluēt. Si aūt donatio propter nuptias & aurū & argentum & veſtes ſint: tūc electionem habeat mater vtrū velit cautionē pręſtare, & res adminiſtrare, an tertiā cēteſimę vſurā à liberis ſuis accipere. Si autē res habeat tā mobiles quā immobiles propter nuptialē donationē: tunc res quidem immobiles apud eā ſint, & vſufructu earum alatur. Mobiles aūt apud liberos ſint ſcdm prædictā diſtinctionem,

TITVLVS VI.

De dote adſcripta & nō numerata, vel pręſtita.

SI QVIS vxorē duxerit, & ꝓpter nuptias donationē nō ſolū adſcripſerit, ſed ēt ipſam tradiderit, mulier autē adſcripſerit quidē dotē: rē aūt veram non dederit in toto tpe quo maritus ſuus vixerit, mortuo eo nec donationē ante nuptias cōſequat: vt pote cū nullā dotem ipſe dediſſet. ſed ſi qdē nihil omino dotis nomine dederit: nec mortuo marito donationē ex donatiōe propter nuptias habeat vllū emolumētū. Si aūt partē præſtiterit dotis, tātam partem

partem lucri nomine capiat ex donatione propter nuptias mortuo ſuo marito. Hęc aũt cõſtitutio locũ habebit etiã in ijs matrimonijs quæ nõdum ſoluta fuerint. Sciendũ eſt aũt quoddam præſentis cõſtitutionis caput ex. xxij. cõſtitutiõe quę nuptijs promulgata eſt, tranſformatum fuiſſe.

TITVLVS VII.

De fideiuſſoribus & mandatoribus, & iis qui pro aliis pecunias conſtituunt.

SI QVIS crediderit alicui pecuniã, & fideiuſſorem vel mandatorem acceperit, vel eũ qui pro eo pecunias cõſtituerit: nõ prius contra tales pſonas actiones moueat quã aduerſus ipſum reum principalem egerit: eumq; inopem inuenerit: vel inſolidum, vel in partẽ. Poſt quam enim egẽtia laborare dignoſcitur reus ſiue in parte ſiue inſolidum: tunc contra fideiuſſores vel mandatores intẽdere creditores oportet. hoc ſi debitor præſens ſit, & appareat. Si autem abſens fuerit reus, & fideiuſſores vel mandatores præſto ſint, vel ijs qui pro eo pecuniam conſtituerunt: tunc preſiniri eis diem oportet intra quam debeant reum exhibere. Si autem tempus preſinitum prẽterierit: ipſi quidẽ pro eo actiones ſuſcipiãt, & debitam pecuniã perſoluant. cedat autem eis actiones ſuas creditor: quas aduerſus reũ prĩcipalem habet: Quòd ſi tam reus quam fideiuſſor vel mandator: vel qui pro eo pecuniam conſtituit, in abſentia fuerĩt tũc liceat creditori etiã aduerſus res rei principalis venire. Quòd ſi nullę res rei principalis appareat: tunc etiam in res mãdatoris vel fideiuſſoris manus creditoris porrigi poſſunt, vt etiam ſi debitores habeãt etiam ab his creditoribus ſatisfiat. Hæc autem ſic intelligenda ſunt, vt nullam facultatem habeant creditores res prius vendicare, quàm perſonales exerceant actiones tam cõtra ipſum reum principalem, quam cõtra fideiuſſores eius vel mandatores, eoſq; non ſoluendo eſſe appareat. eodem iure ſcilicet obſeruando, ſi perſonæ eorũ nõ appareant. Hęc aũt omnia quę de creditore & fideiuſſore diximus, etiam adventionis confirmatorem trahenda ſunt, vt non prius emptori licentia ſit aduerſus cõfirmatorem conſiſtere, niſi prius venditorem cõuenerit vel indubitatè ſoluendo non ſit. Sed nec hypothecarijs in rem actionibus pateat iudicium antequam perſonales actiões defecerint. Et in ſumma ſciendũ eſt quę dicta ſunt in mutua pecunia & in venditione cuſtodienda eſſe & in omnibus contractibus qui aliquam ſatisdationem recipiunt. Si autẽ argẽti diſtractores pecunias cuſtodierint: ſecũdũ veteres leges conueniantur.

TITVLVS VIII.

De ſolutionibus, & liberationibus, & verborũ ſignificatione.

SI QVIS pecuniam mutuauerit, debitor autẽ pecuniã nõ habuerit quam daret: tũc rẽ mobilẽ creditori præſtet ſi habet. Si autem rem mobilem nõ habuerit: tunc immobilem rem ſuã ſi habet, vendere debet, & pecuniam debitam ex precio rei venditæ ſoluere. Si autem emptorem non inuenerit: tũc prędiũ quod optimum habet creditori ſuo præſtet, & actione qua adſtrictus eſt, libereť. vbi aũt emptorẽ ſui prędij inuenerit: caueat creditori ſuo pecuniã debitã ſe ſoluturũ, & poſt cautionẽ liceat ei cõſtituere venditionis contractum. Creditoris aũt appellatiõe ſignificatur nõ ſolũ qui mutuã dedit alicui pecuniam, ſed & omnes qui aliquam actionem contra aliquem habent.

Creditoris definitio.

TITVLVS IX.

De monaſteriis ędificandis.

QVI VVLT ædificare monaſterium prius epiſcopum inuocet, & illum exoret vt ſanctam crucem imponat: & poſtea imponatur ædificium.

TITVLVS X.

De monachis & aſiſteriis.

SI QVIS monachꝰ fieri vult, ſiue liber ſit ſine ſeruꝰ: nõ ſtatim monachus fiat ſed p̃ trienniũ tonſura q̃dẽ, & veſte laicorũ vtatur, & diuinas ſcripturas dicat & cõfiteatur ſuã cõditionẽ, id eſt vtrũ ingenuꝰ ſit, an ſeruus, vel alteriꝰ cuiuſcũq; ſtatus: & narret cauſas p̃pter quas ad ſolitariã vitã migrare cupit. ne forte malus ſit, & Deo diſpliceat. Oportet aũt monachos verba ei facere, quę mores eius & vitã corrigere poterũt. & ſi per triennium talis appareat. vt videat dignus tonſura & veſte religioſa: tũc tõdeat, & ſtolã monaſticã veſtiat ſiue liber ſit, ſiue ſeruus: & nulla moleſtia inferatur ei: neq; deſeruili, neq; de libertina cõditione. Si naũt aliquis intra trienniũ retrahere eum vt ſeruũ ſuũ voluerit, & dicat q̃ res ſuas furatus ad monaſteriũ cucurrerit: nõ ſtatim eũ abſtrahat, ſed prius p̃bet quòd & ſeruus eſt, & p̃furto & vita mala & peccatis atrocibꝰ timuit, & fugit. ſi hęc vera ſunt: reddat̃ ſeruus dño ſuo cum rebus ſubreptis, ſi etiã ipſe in monaſterio fuerit, dñs aũt eum recipiens fidem ei præſtet, quòd eũ nullo malo propter hoc q̃ iã peccauit, affectuꝰ ſit. Quòd ſi nullo delicto ſeruũ ſuppoſitũ eſſe dñs probare potuerit, & ipſe ſeruꝰ ex caſtitate morũ ſuorum bona teſtimonia habeat: & ſi nõdũ trienniũ p̃terierit: tamen maneat in eodẽ venerabili monaſterio: triennio aũt ſemel tranſacto, & inter monachos ſeruo dei cõnumerato nulla licentia ſit poſtea domino qualemcunq; moleſtiã ei iferre, ſiue re vera famulus ſit, ſiue ĩgenuus: ſed omni modo ſolitarię vitæ permaneat: & ſi peccatũ abeo in priore vita admiſſum ſit. Ea aũt quæ furto ſurrepta ſunt, proculdubio ſi inueniantur. domino reddi oportet. IDEM.

SI NAVTEM ſeruitutẽ effugiẽs venerit quis ad monaſterium: poſtea aũt reliquerit venerabilẽ locũ, & in aliã vitæ figurã tranſierit: liceat dño ſuo extrahere eũ probanti quòd ſeruus eſt, vt ſeruũ eum habere. IDEM.

IN OMNIBVS aũt monaſterijs ſiue paucos ſiue cõplures monachos habeãt: nulla licẽtia monachis ſit ſeparatĩ cõuerſandi: nec vnuſquiſque monachꝰ ſuũ propriũ cubiculum habeat, ſed cõmuniter ad excolẽdũ dñm: & cõgregentur & in cõmuni loco dormiãt ſingulis q̃dẽ in culcitris, ſuis huius videlicet ſtratis iacẽtibꝰ, oĩbus aũt in vna domo dormiẽtibꝰ. Q̃d ſi tãtus ſit monachorũ numerus, vt vna domus eis nõ ſufficiat: tũc & in duabus pluribuſve habitatiõibus dormiãt: non aũt ſeparatim per ſe, ſed in cõmuni loco, ſicut iam prędiximus: niſi fortè quidem ex his tales ſint, qui iuſtẽ debeãt ſe gregari ab illa multitudine monachorum, quos ſummæ vitę conſtitutos græci anachoretas, & heſicaſtes dicunt.

IDEM.

SI QVIS monaſterio ſe cõſecrauit, & poſtquam religioſam veſtẽ veſtiret, à monaſterio receſſerit: omnia bona prius quæ in monaſteriũ introduxit, ad ipſum monaſteriũ pertineant. Idẽ eſt ex alia conſtitutione: & ſi non introduxerit. omnes enim res eius dominij monaſterij ſint. IDEM.

SI VIR vel mulier liberos habens ad ſolitariã vitam peruenerit: ſi quidem iam donauerit filio ſuo vel filiæ ſuę tãtũ, quantũ lex falcidia facit, ſiue occaſione propter nuptias donationis, quã proprio filio ſuo dedit, ſiue dotis: tanquã profilia ſua præſtitit. Si igit̃ habuerit legis falcidiæ quantitatẽ, cętera bona eius omni inquietudine liberentur, ſiue pa

ter sit siue mater: qui quæve in monasteriũ introierit, vt in reliquis rebus eorũ nullã habeant liberi cõmunionẽ: vt pote cũ lege falcidia satis eis factum sit. ¶ Quòd si nihil eis vel minus falcidia pater vel mater præstiterit: tũc ẽt monacho facto patre vel cõsecrata matre libera facultas filijs sit ĩ tota falcidia: vel quod eidẽ est, à monasterio vẽdicare. Inter virũ aũt & vxorẽ talis cõseruatio teneatur, vt siue marit⁹, siue vxor intrauerit monasteriũ, hoc cõsequat laica pſona: q̃ ex casu mortis ei competit secũdũ dotalium pactionũ tenorẽ.

IDEM.

SIQVIS introierit monasteriũ, & postquã religiosa indut⁹ est veste recesserit, & militauerit, vel simpliciter laicus factus fuerit: expolietur cingulo militari, & vita libera nõ potiat̃: sed officio præsidis prouincię seruire cogatur, Substantia aũt eius in monasterio maneat. IDEM.

SIQVIS in monasterio consecratus fuerit, post eaq; in aliud monasteriũ trãsire maluerit, substãtia quidẽ eius à priore monasterio vendicetur. aliorũ aũt monasteriorum primates prohibeãt eũ transire vt in alio monasterio nõ recipiatur. & de hoc curare debent nõ solũ religiosissimi episcopi, sed etiam reuerendissimi archimandritæ. IDEM.

SIQVIS monachus cõstitutus clericat⁹ hõnorẽ accepe rit: nullã habeat facultatẽ vxorẽ ducẽdi, quãuis eius gradus sit, cuius clericus non prohibetur vxorẽ habere: qualis est gradus cantorũ & lectorũ. ¶ Nõ solũ aũt ducere vxorẽ prohibetur sed etiam cõcubinam habere. Si quis autẽ monachus ante cõstitutus clericatus occasione vel duxerit vxorem, vel cõcubinam habuerit: eijciatur de clero, & sit priuatus, & ad nullam militiam vel professionem aliam audeat venire: nisi forte velit in antefatas pœnas incidere.

TITVLVS XI.

De archimandritis, & vt constitutio sit cõmunis monachorum & sanctimonialium.

PRIMI monachi creatio non secundũ ordinem fiat temporis, neq; qui tẽpore prior est primi loci creationẽ sibi præsumat: nec qui secundus forte vel tertius est, sed q̃ & vitę castitate, & diuinarũ humanarũq; sciẽtia & animi grauitate pręcellit, is habeat loci prioris honorem: idq; procedere debet secundũ electionẽ atq; iudicium religiosi episcopi. ¶ Quæ autem diximus & in prioribus & in istis constitutionibus de clericis vel monachis vel monasterijs, ea nõ solũ de masculis sed & de fœminis seu monialibus intelligere debemus.

TITVLVS XII.

Vt non liceat clerico de minori ecclesia in maiorem per patrocinium transire.

NON LICEAT in minoribus ecclesijs clericatus honorẽ susçipientibus postea in maiorẽ ecclesiã p patrociniũ quorũdã transire. Sed si quidẽ tale aliquid factũ fuerit: irritũ sit & nullius momenti. Nec liceat clericos qdẽ destinare vel creare. nullas aũt ei alimonias pręstare: sed duorum alterum faciat clericos: vel si fecerit: det eis vnde viuere possint.

TITVLVS XIII.

De episcopis.

HAEC cõstitutio de cõsecratiõe episcoporũ, ĩ primo capite loquit̃: quam oportet sic p̃cedere. Debet em̃ pri⁹ disceptari de vita episcopi vtrũ bona sit, an reprehensibilis: & vtrũ bonis testimonijs muniat̃, an nõ. Sed si officialis cõditiõis sit vel curialis, prohibeat̃ episcop⁹ fieri: nisi forte à tenera ætate in monasterio fuerit: eò modo liberatus est p̃dictis cõditiõibus: ita tm̃ vt quartã partẽ substãtię suę curiæ pręstet secũdũ legis obseruantiã. ¶ Sed neq; laico statim ad episcopatũ ascendere liceat: neq; clericatus honorẽ simulatũ habuisse sufficit. ¶ Oportet aũt eum qui eps̃ sit, neq; vxorẽ habere, neq; cõcubinã, neq; filios, neq; nepotes siue legitimos, siue legibus incognitos. Et si q̃s cõtra hoc fecerit, & is q̃ factus est, & is q̃ eũ fecit, episcopatus spoliat̃ honore: nec liceat pecuniæ datiõe episcopũ fieri. esse autem oportet eũ q̃ episcopus fit, vel monachũ vel clericũ: ita tm̃ vt nõ minus sex mẽsibus appareat eũ ĩ clericatu fuisse. ¶ Legere aũt debet sanctos canones: eoq̃; tpe quo cõsecratur, consulet eũ is qui cõsecrat: si possit facere atq; custodire oĩa quę diuini pręcipiũt canones. & si q̃dẽ denegauerit se posse custodire: nõ cõsecret̃. Si autẽ pollicitus fuerit obseruaturũ se quãtũ homini possibile est sancta canonũ præcepta: tunc is qui cõsecrat eũ admonere atq; predicare ei deber, qđ si non obseruauerit canones sanctos: ió alienus erit: & religiosis episcopis nõ cõnumerabitur. Nã canones patrũ vim legũ habere oportet. Si aũt aliq̃s pecuniã dederit, eodemq̃; modo creatus eps̃ fuerit: nõ solũ ipse, sed etiã qui cõsecrauit eum inter episcopos nõ erit: sed pecunia vel res data consecratiõis causa sacro sanctę ecclesię addicatur, siue episcopus sit, siue clericus est qui dedit. Is aũt qui accepit nõ solũ res amittat, sed etiã gradum atq; honorẽ dignitatis vel clericatus. similiter aũt & si laic⁹ sit q̃ pecuniã vel res accepit, & ipsas amittat & aliũ tantũ quãtũ accepit pœnę nomine, sanctę ecclesię præstare cõpelletur. Sed & si magistratũ gerat: in magistratu esse desinat, & exilio irreuocabili condẽnabitur. ¶ Si autẽ aliquis presbyter vel diaconus cõstitutus pecunia data ad episcopatus apicem peruenerit: nõ solũ episcopus esse desinat, sed ẽt priorũ gradum presbyteri vel diaconi amittat. ¶ Consecratio autem episcopi fiat ante omnẽ populũ christianitatis, vt sit facultas vnicuiq; si velit cõtradicere. Et si quidẽ ań cõsecrationem facta fuerit contradictio, nõ prius consecretur eps̃, nisi disceptatio de cõtradictiõe facta sit, & vndiq; appareat innoxius is q̃ ad episcopatũ vocat̃. Si aũt ante disceptationem ad episcopatũ peruenerit: amittat honorem nõ solũ ipse, sed etiã is qui eũ creauit. Quòd si is qui contradixit calũniator probatus fuerit, vel contradictionis iudicium deseruerit, & nõ peregerit causam: prohibeat̃ sacra cõmuniõe in omni vita sua ab eo q̃ cõsecrauit episcopũ.

IDEM.

NEMO religiosus eps̃ extra suã ecclesiã degat vltra annale spatiũ: nisi forte p̃ ip̃erialẽ iussionẽ fuerit factũ. Patriarchę aũt p̃ eos cogere debẽt se ĩ suis ecclesijs cõtinere, & ĩlõgas peregrinatiões nõ ire nisi iussu principis. Si aũt sine iussione principis vltra annum episcopus extra ecclesiam fuerit: tũc religiosus Patriarcha legitimis eum preconijs euocet, idẽ custodiens sacrorum canonũ obseruantiã. Si aũt non obtẽperauerit is q̃ vocatus est sed in eadẽ absentia p̃seuerauerit: tũc repellat eũ ab eporũ numero & alterũ pro eo substituat. Si aũt is q̃ in absentia est metropolitan⁹ nõ fuerit, sed cuiusdã municipij episcop⁹: tũc ea q̃ diximus à Patriarcha fieri oportere, metropolitanus faciat. Qđ si litigandi cã peregrinari voluerit episcopus, licẽtia ei non cõceditur. Litigare em̃ episcopi non p̃ semetipsos, sed p̃ suos clericos debẽt siue apocrisarios siue œconomos, & supplicare p̃cipi debent: & impetrabũt ea q̃ fieri desiderãt. IDEM.

NEMO vnquã eps̃ in Cõstãtinopolitanã ciuitatẽ [a] veniat nisi literis acceptis à metropolitano suo ad imperatorẽ quas diuini canones cõmẽdatitias appellãt: q̃b⁹ declarat̃ necessariã esse p̃fectionẽ episcopi. Si aũt metropolitani sint

a ¶ Nota epos & archiepiscopos sine literis cõmẽdatitijs ad p̃cipis curiã accedere nõ posse. §. si vero nõ metropolita. ca.

ni ſint qui puenire in metropolitanã ciuitatẽ maluerit, literas accipiãt à patriarcha regionis ſuæ veniẽtes: aliàs nõ audeant intrare ad imperatorẽ per ſemetipſos: ſed prius ad patriarchã veniant, vel apocriſarios regiõis ex qua ſunt: & ipſis cõmittent cãs propter quas veniũt. Liceat eĩ epiſcopis per referendarios magnę eccleſiæ vel apocriſarios patriarũ referre imperatori: & ſic impetrare reſponſum. IDEM.

NEMO clericus fiat, niſi is qui bonum teſtimoniũ habet, & literat⁹ eſt. Qui enim literas neſcit, clericus eſſe nõ poteſt. Doceant aũt preſbyteri & diaconi ſacras orationes & eccleſiaſticos canones quos ſcilicet conſecrari oportet & ſine reprehenſione, ſiue iuſta cõtradictione, & ſine pecuniarũ donatione liberatos tam officiali quàm curiali ſorte cõditione: niſi forte ſecundũ obſeruationẽ quã in primo capite præſentis cõſtitutiõis expoſuimus. IDEM.

QVI DVAS nuptias contraxerit, diaconus vel preſbyter fieri prohibetur. ſed & ſi mulierẽ diſiunctã à marito ſuo quẽ ipſa reliquit, vxorẽ quiſpiam habuerit, neq; diaconus, neq; preſbyter fieri poteſt. idem eſt ſi cõcubinã habeat: quippe tales homines in caſtitate viuere decet. ¶Caſtus eſt qui habet, vel qui habuit vxorem caſtam & ipſa ab ipſo virgine ſuſcepta eſt ſeparata: preſbyter vel diaconus fieri nõ prohibetur. Si quis autem preſbyter vel diaconus vel ſubdiaconus vxorem duxerit, vel concubinam habuerit ſiue clã ſiue palam ſiue ſub aliqua figura cadat clericatus honore & ſit priuatus & laicus. IDEM.

EA QVÆ diximus de clericis teneãt ẽt in diaconiſſis. diaconiſſam [a] autẽ creari cõſtitutio ꝓcepit ſi quĩquagĩta annorũ ætatẽ habeat: ita tñ vt virgines ſint, vel vnũ tm̃ modo habuerint maritũ. ſi aũt mulier propter aliquam neceſſitatẽ minor quinquagĩta annis diaconiſſa facta fuerit: nõ liceat ei alibi degere quã in aſceteriis ſanctimonialiũ mulierũ vbi neq; maresc͠uerſantur, neq; viuere liceat ei quomodo velit. Nulla aũt facultas diaconiſſis tributa eſt habere quoſdam veluti fratres vel cognatos vel quos dicere ſolent ęgyptos, id eſt dilectos. nã diaconiſſæ vel per ſe habitare debẽt, vel nullũ aliũ admittere ſecum, niſi re vera fratrem. Si autẽ aliqua ſuſpicio ſit quaſi ſimulat⁹ ſup eũ eidem geruntvel ab initio nõ conſecratur: aut ſi cõſecrata fuerit, amittat honorẽ. pœnas aũt cum corruptore patiatur quas rectæ cõſtitutiones aduerſus corruptorẽ definiunt. Eo aũt tẽpore quo diaconiſſæ cõſecrãtur admonendæ ſunt. ꝙ ſi poſtea nupſerint vel aliam vitã elegerint: gladio vltore feriãtur [b] & facultates eorum monaſterijs adijciãtur. Is aũt qui corrupit eã, ꝙdẽ eodẽ ſupplicio puniat. bona aũt ei⁹ fiſci iurib⁹ vẽdicent. IDEM.

SIVE lector ſiue ſubdiacon⁹ ſiue diacon⁹ ſiue ꝑſbyter clericat⁹ honorẽ cõtẽpſerit, & in aliã vitã trãſierit: duorũ alterũ vel curiali cõditioni cũ ſuis facultatib⁹ ſubijciatur: vel ſi plures curiales ciuitas habeat, ſiue ipſe vilior ſit ad officialem conditionem, trahatur. IDEM.

NVLLVS epiſcopus multitudinẽ faciat clericorũ. debet enim ſcẽm redditũ eccleſiarũ numerus clericorũ mõderari. & ſi quidẽ is ꝙ ſacroſanctã eccleſiã ſtatuit ab initio clericorũ numerũ qui debẽt in eadẽ eccleſia conſecrari, definiuit: ille numerus cuſtodiat. ſi aũt numerus nõ præfinitus eſt, nõ per amicitiam nec per gratiam ordinandi, ſed ſecundũ facultates ſancroſanctę eccleſię moderãdus numer⁹ erit cura & ſolicitudine patriarcharũ, metropolitanorũ, & aliorũ eporũ. liceat aũt vnicuiq; ſiue priuat⁹ ſiue cleric⁹ ſit ĩ ſpicięti ea ꝙ dixim⁹ ab aliquo cõtẽpta, ad ĩperatorẽ referre.

a ¶Not. de electione monialiũ ſiue abbatiſſarũ de quo in ca. indemnitatib⁹. de electio. li. vj. & i. §. quãta igiť. eo. ĩ antiquis cõſtitu.

b ¶No. ꝙ pœna puniatur diaconiſſa matrimoniũ contrahẽs.

TITVLVS XIIII.

De rebus ad venerabiles locos pertinentib⁹ non alienandis.

NVLLIS ſub Romana ditiõe cõſtitutis eccleſijs vel xenodochijs, vel ptocotrophijs, vel noſocomijs, vel orphanotrophijs, vel gerontocomijs, vel brephotropijs, vel monaſterijs tã monachorũ quã ſanctimonialiũ archimãdritã habẽtib⁹ vel archimãdritiſſam liceat alienare rẽ ĩmobilẽ ſiue domũ ſiue agros ſiue ortũ ſiue mãcipiũ ruſticũ vel panes ciuiles, neq; creditoribus ſpeciali vel generali hypothecę titulo obligare. Alienatiõis aũt verbũ, cõtineat venditionem, donationẽ, permutationem, & emphyteuſeos ꝑpetuũ cõtractũ: ſed omnes omnino ſacerdotes hac alienatione abſtineãt pœnas timentes quas leonina cõſtitutio cõminatur, vt is qui comparauerit rem loco venerabili reddat eam ei cuius antea fuerat, ſcilicet cũ fructibus alijſq; emolumentis, quę in medio tẽpore facta ſunt. œconomum aũt eccleſię pręſtare oportet omne lucrũ quod ex huiuſmodi prohibita alienatione ſenſerit, vel eccleſiæ damnũ affecerit: ita vt in poſterum œconomus nõ ſit. nõ ſolũ aũt ipſe, ſed etiã ſucceſſores eius teneantur, ſiue ipſe œconomus alienauerit, ſiue recipiẽs alienãtẽ epiſcopũ nõ prohibuerit, & multo magis ſi conſenſerit. ¶Tabelliões aũt qui talia interdicta inſtrumenta conſcripſerint, perpetuo exilio tradi oportet. ¶Magiſtratus aũt qui eadẽ inſtrumenta admiſerunt, vel officiales qui operam dederunt vt monumentis intinẽtur & donatiões vel alienatiões actis interueniẽtibus cõfirmẽtur non ſolũ magiſtratus ſed etiã dignitate & facultatibus ſuis cadãt. ¶Remittit aũt cõſtitutio ea quæ in pręterito tẽpore acta ſunt: expedit aũt quoſdã contractus quos inſequentib⁹ exponit capitulis, ꝑ quos eccleſiarũ immobiles res alienari poſſunt. ¶Xenodochiũ, id eſt locus venerabilis, in quo peregrini ſuſcipiuntur. ¶Ptocotrophiũ, id eſt loc⁹ venerabilis, in quo pauperes & infirmi homines paſcuntur. ¶Noſocomium, id eſt locus venerabilis, in quo ęgroti homines curãtur. ¶Orphanotrophium, id eſt locus venerabilis, in quo parẽtibus orbati pueri paſcuntur. ¶Gerontocomium, id eſt locus venerabilis, in quo pauperes & propter ſenectutẽ ſolã infirmi homines curantur. ¶Brephotrophium, id eſt locus venerabilis, in quo infantes aluntur.

TITVLVS XV.

Quomodo liceat imperatorem res ſancti loci transferre.

SI PRINCEPS voluerit rem immobilẽ ſancto loco pręſtare, & accipere ab eo aliam immobilẽ rem & eodem modo ꝑmutationem contrahere: liceat hoc facere ei. diuina pragmatica ſanctiõe ꝑmulgata habeo.

TITVLVS XVI.

De emphyteuſi contractu a ſancto loco conſtituendo.

EMPHYTEVSEOS cõtractũ ſub hac forma factus cõſtituat locus vt viuo ꝙdẽ eo cũ quo contrahit, maneat omnimodo emphyteuſis, mortuo aũt eo ad hęredes eius trãſmittat: ſi forte filij ſint ſiue maſculi, ſiue fœminę: aut ſi nepotes ſint ſiue neptes, aut ſi vxor ſit vel marit⁹: niſi ſpãliter mariti vel vxoris nomẽ exp̃ſſum fuerit. Alioquĩ ad aliã perſonã emphyteuſeos cõtract⁹ nõ trãſeat, ſed vſque ad vitã cõtrahẽtiũ extẽdat, niſi filios vel nepotes, vel filias vel neptes habeãt. Procedere aũt emphyteuſis debet prius reqſitiõe cũ omni veritate atq; ſubtilitate habita in reditu eò ꝙ ad id tp̃s fuerat in quo ad ſacroſanctã eccleſiãres pueniſſet eiuſq; reditus ſextã portionẽ remittãt ei ꝙ emphyteuſis cõtrahit. ¶Si naũt diminutus fuerit ex aliquo caſu fru

ctus prædij duorũ alterũ fiat,vel ſub eodẽ reditu q̃ tũc inuenitur ſine vlla diminutiõe is q̃ cõtrahit accipiat prædiũ vel ad cõtractũ omnino nõ accedat.melius em̃ eſt locare magis prędia ſanctorũ locorũ quã ſub huius diminutionibus contractũ emphyteuſeos facere.¶ Siaũt eccleſiaſtici prędij emphyteuſis cõtrahat̃ pretioſiſsimi q̃dẽ,ſed tñ viliſsimũ reditũ habentis nõ oportet emphyteuſeos cõtractus ad fructuũ quãtitatẽ metiri,ſed exiſtimatio redit⁹ proaſtij fiat, & iſpiciatur reditus qui per viginti annos cõparari põt ex precio proaſtij,& tm̃ reditũ dare ſe paciſcat̃ is qui emphyteuſeos cõtrahit:ita tñ vt etiã in hoc caſu nõ imperpetuũ cõtractus extendat̃,ſedſcdm obſeruationẽ quã ſupra diximus.¶ Sciãt aũt ij q̃ emphyteuſeos contraxerunt quòd ſi placitus redit⁹ ab eis non datur:licentia libera præſtatur ſanctorũ locorũ adminiſtratorib⁹ & prędia abſtrahere, & nihil emponema tũ nomine pręſtare.Emponemata aũt dicim⁹ ea quę labore cõtrahẽtis in agro meliorata ſunt.¶ Sinaũt deteriorẽ agrũ fecerit,cogatur de ſuo ſumptu dare & reſtituere priſtinã prędij faciẽ & hoc ſubditi debẽt non ſolũ ipſe,ſed etiã hęredes eius vel ſucceſſores vel bonorum poſſeſſores & bona eius:ita tñ vt debitũ quoq; reditũ ſine aliqua dilatiõe reddere cõpellent̃.¶ Id aũt q̃ de p̃hibitiõe alienatiõis diximꝰ obtineat nõ ſolũ in integris domibus vel proaſtijs vel agris vel ortis:ſed etiã in ijs q̃ omnino diruta vel deſerta & in area poſita ſunt:quãuis em̃ nullũ ędificium nullam materiã habeant:& tñ ea alienare p̃hibitũ eſt:niſi forte emphyteuſis ad tẽpus ſcdm ante factã diuiſionẽ in tres p̃ſonas fuerit facta.¶ Ne aũt aliqua circũſcriptio fiat:iubet cõſtitutio duos primates mechanicorũ vel architectorũ in ciuitate Cõſtãtinopolitana vna cũ religioſis œconomis & quinque reuerẽdiſsimis preſbyteris & duobus diaconibus præſente & ipſo beatiſsimo archiepiſcopo veli̇ quinc̃ijs duo nobiles mechanicæ vel architectę: vel vnus,ſi vnũtm̃ habeat ciuitas,p̃uenire oportet ad locũ,& diuinis ante poſitis ſcripturis definiri ab eis de architectis quãtũ debeat ſup eodẽ loco diruto ſacro ſanctæ pręſentari eccleſiæ ab eo qui adem phyteuſeos cõtractũ p̃cedere voluit,& ſub his pactiõib⁹ & inſtrumẽta emphyteuſeos cõponant̃:& is q̃ cõtraxit emphyteuſim ędificet & materijs vtatur.ſi quaſdã materias diruptas habeat locus & trãſmittat̃ cõtractus duobus ſucceſſoribus ſuis ſcdm prædictã obſeruationẽ,poſteaq; prædium redeat ad ſacroſanctã eccleſiã vel ad aliũ venerabilẽ locũ qui ſub titulo emphyteuſis rem ĩmobilem dederit.¶ Nam & illã pactionem,imo magis callidam machinationem reijciendam eſſe cõſtitutio iubet,id eſt ſi pactum fuerit cum œconomo & religioſo epiſcopo & alijs perſonis quas enumerauim⁹ isqui emphyteuſim contraxit vt etiã tribus perſonis defunctis:nihilominus deinceps ſucceſſoribus liceat emphyteuſeos titulo res immobiles ab eccleſia capere & alijs p̃ſonis anteponi.talem enim cõuẽtionẽ vt pote callidã factã cõſtitutio reprobauit,

TITVLVS XVII.

Quomodo vſus fructus rerum ad ſanctos locos pertinentium conſtituatur.

SI NAVTEM voluerit aliquis rẽ immobilẽ eccleſiaſticã vel emphyteuticã vtẽdi fruẽdi cã accipere,eo mõ fiat cõtract⁹ quo diui Leonis cõſtitutio ſtatuit.¶ Oportet enim fructuariũ diuitẽ cõſtitutũ eſſe, & rerũ immobiliũ & eũ aliã rẽ iure dominij dare ſacroſanctę eccleſiæ vel alij loco venerabili a quo vſumfructũ accepit.¶ Ita tñ vt res immobiles quas ipſe pro vſufructu p̃ſtat nõ minorẽ reditũ habeãt,quã ſit vſusfruct⁹ rei ĩmobilis ad ſacroſanctã eccleſiã,& alia venerabilia loca pertinẽtis:ita tñ vt illa res omnimõ quas vtendi fruẽdi cã accipiat,vel mortuo eo ad ſanctũ redeat locũ,vel adhuc viuo eo,ſi forte vſq; ad certũ tẽps vſusfruct⁹ ei relictus eſt.Impleto em̃ tpe neceſſe eſt vſumfructũ extingui.Nulla aũt licentia ſit in tm̃ tẽps; protelare,vt ẽt poſt mortẽ fructuarij res immobiles ad ſanctũ locũ nõ redeant.Nã modis omnibus defuncto fructuario pleno iure fundus ad eccleſiã redire debet:ita tamẽ vt etiã illa res quã de ſuo patrimonio ab initio fructuarius loco ſancto dedit,maneat firmiter nulla machinatione abſtrahẽda.

TITVLVS XVIII.

De pragmaticis ſanctionibus quę contra cõmoda venerabilium locorũ promulgantur.

NEMINI liceat p̃ pragmaticã ſanctionẽ aliq̃d eorũ capere, q̃ ſacroſanctis eccleſijs,alijſq; venerabilib⁹ locis cõpetũt,ſiue immobiles ſint, vel mobiles, quæ alienari nõ poſſint.¶ Sinaũt quęſtor magnificus tale reſcriptũ dictauerit vel cæteri magiſtrat⁹ intimationẽ pragmaticę formę receperint,vnuſquiſq; quinquaginta librarũ auri pœna multetur.¶ Sinaũt religioſi epiſcopi tales pragmaticas ſanctiões cõtẽpſerint:nõ ſine periculo ſe contempſiſſe cognoſcãt.nam ſi receperint eas epiſcopatus honorẽ ſę amiſſuros non dubitent.ea aut locari vel emphyteuſeos titulo dari oportet ſola quæ adminiſtratorũ arbitratu videantur tali aliquo indigere. IDEM.

SI QVIS in potẽtatu cõſtitutus diuinam pragmaticã ſanctionẽ impetrauerit cogentẽ œconomorũ vel alios adminiſtratores venerabiliũ locorũ ea quę alijs neq; locata neq; emphyteuſeos titulo data ſunt,ſibi locari vel emphyteuſeos nomine dari pœna ſacrilegij teneatur.

TITVLVS XIX.

De monaſteriis nõ vendendis vel alienãdis.

NEMINI liceat impoſterũ cuiuſcunq; monaſterij impiam vẽditionem vel donationem vel permutationem cõtrahere vbi & altare collocatũ eſt & ſacra miſſa facta & monachica conuerſatio . Sinautem tale aliquid fuerit admiſſum,& id quod factum eſt pro infecto habeatur,& is qui accepit prædium amittat, & is qui diſtraxerit,& rem & preciũ reddat ſacroſanctę eccleſię & venerabilibus monaſterijs & his quorũ cura erit(vbi aliena tũ cõtra legẽ)monaſterium rurſus in priſtinũ ſtatũ reducere.¶ Nulli aũt liceat vel titulo pignorũ,vel hypothecarũ ſacroſanctũ obligare monaſteriũ.nã & ſi tale aliq̃d admiſſum fuerit:refutari oportet ne iterũ in ſanctiſsimo monaſterio ſancta procedat miſſa.

TITVLVS XX.

Si ſterilis ager ad venerabilẽ locũ peruenerit.

SI QVIS ſterilẽ agrũ cuicũq; venerabili loco donauerit vel vẽdiderit,cõtractus nullius erit momẽti.¶ Nã & donatiõe & quãuis alienatiõe reciſa cogatur donator & vẽditor rẽ ſuã recipere quam calliditate vel fraude videẽ dediſſe vt exoneraret ſuũ propriũ patrimoniũ.¶ Oeconomus aũt vel quicũq; alius adminiſtrator venerabilis loci omne dãnũ q̃ ex hoc illicito actu cõtigerit:reſarciet ei,q̃ cũ eo contraxit,ſcdm ea quæ ſupra diximus.¶ Liceat aũt vnicuiq; ex populo ſi viderit p̃cepta impoſitę cõſtitutionis neglecta ad imperatorẽ referre,& cãlumniatoris notã euadere.¶ Omnibus aũt p̃miſſum eſt vbiq; magiſtratus gerentibus ſiue minorem ſiue maiorem poteſtatem habeant, omnia præſentis conſtitutionis cuſtodire.

TITVLVS XXI.

Quibus pœnis ſubiecti ſunt qui pręſentẽ cõſtitutione

stitutionem contempserint.

SI QVIS contra saluberrima monita præsentis cõ stitutiõis rem immobilem venerabilis loci compa rauerit: primũ quidem rei ęstimationẽ amittat, & rem qua illicitè cõparauit restituat cum omnib⁹ emolumẽ tis eius quæ in medio tempore facta sunt. & omnia lucro ec clesiæ vel alterius loci venerabilis cedant & nullam habeat ipse contra ecclesiam actionem, sed tantũ aduersus œconomos & aliàs venditorũ personas exempto iudicio moueat. nam venditorum patrimonia emptori subiecta esse ęquum est. ¶ Hoc si venditio contra præsentem legem rei immobi lis ad venerabilẽ locũ pertinentis contracta sit. Alioquin si donatio facta fuerit: tunc is qui liberalitatẽ accepit inter dictam non solũ ipsam rem cum fructibus suis & causis ve nerabili loco restituat, sed etiam aliud quãtũ accepit pœnæ nomine præstet sanctissimo loco cuius res donata fuerit ab his qui res eius administrãt. ¶ Si autem titulo permutatio nis rem loci venerabilis capiat aliquis: tunc & rem quam ac cepit, reddat: & quam ipse dedit, amittat actione eius scili cet aduersus psonas & patrimonia eorum conseruãda qui cum eo contraxerint, excepto videlicet principe cui secũdũ præfatam supra diuisionem in permutationẽ facere reũ im mobilium cũ sacrosanctis locis permissum est. ¶ Si autem pignus creditor ad corporalem detẽtionẽ acceperit, & res immobilis sit quę pertinet ad ecclesiam, vel ad alios locos venerabiles veluti domus, vel proastium, vel ager, vel ort⁹, vel panes ciuiles, vel mancipia rustica. nã mea quoq; veluti mẽbra rerũ immobiliũ sunt. ¶ Si quis igi ẽ horũ aliqd pigno ris nomĩe corporaliter acceperit: prius qdẽ neq; sortẽ quam dedit, neque vsuras quas fortè stipulatus est, exigat: deinde etiam ipsam rem cũ suis emolumẽtis venerabili loco resti tuat. sed in hoc casu aduersus œconomos vel alios admini stratores venerabiliũ locorũ actionibus creditori cõpeten tibus: omnia enim quę dixim⁹ etiã in mulierũ monasterijs vel asisterijs obtinere oportet.

TITVLVS XXII.

Quando licet hipothecę titulo res venerabi lium locorum obligare.

SI QVANDO necessaria causa ĩexcusabilis ĩmine at, vt mutuam pecuniam accipiat venerabilis lo cus, liceat œconomis etiam res immobiles obliga re pignoris iure: ita tamen vt corporaliter creditoribus non tradantur.

TITVLVS XXIII.

Quibus pœnis subiciatur qui illicitum emphy teuseos contractum iuris Venerabilis loci com ponit.

SI QVIS emphyteuseos contractũ in ecclesiastica re vel alteri⁹ venerabilis loci cõtraxerit imperpe tuũ: primũ quidẽ id qđ actũ est, ꝓ infecto habeat. deinde tantũ eũ in vno quoq; anno venerabili loco perpe tuò præstare oportet quantum præstitisset si ab initio legi tima emphyteuseos esset nulla remanẽte apud eũ ex his quę frustra ei occasiõe emphyteuseos præstita sunt. res enim ip sas cũ suis fructibus omni mõ restituere debet. Tabelliones aũt si contra legẽ emphyteuseos instrumẽta receperint: ir reuocabili puniantur exilio, vt nũquam redeãt, nec diuina sanctio ꝓmulgata fuerit. ¶ Nã nec magistrat⁹ audire super talia instrumenta vel dictare vel facta admittere & in publi cis munimentis inferere vel cõfirmare debẽt. nã si aliquid tã te delinquerint, non solũ honore sed etiã dignitate & pa trimonio cadant.

TITVLVS XXIIII.

Quomodo puniatur qui sacra vasa donat vel alienat vel pignorat vel conflat, & de panibus ci uilibus.

EISDEM pœnis coherceri oportet eos q̃ sancta va sa siue sancta dona cõtra legẽ siue pignorauerint vel distraxerint vel cõflauerit vel quocũq; modo alienauerint excepta videlicet captiuorũ redẽptione eãdem obseruãtiam iubet constitutio teneri & in alienatione panũ ciuilium.

TITVLVS XXV.

De magistratibus sine pecunia creandis.

OMNES magistratus sine pecunia creãdos decer nimus, vt neq; impunẽ aliquid deĩ: neq; sine puni tione à subiectis aliquid exigatur. IDEM.

VT AVTEM in omnibus causis exequi possit prę ses prouincię & milites qui in prouicia residẽt, subijciant & si ei nõ obtẽperauerit: annona eorum prohibeat, & mi litiam suam amittãt, & corporales pœnas sustineãt. IDEM.

CONSVETVDINARIAS iussiões ex quocũq; iudi cio procedẽtes prouinciarũ ꝓsides non recipiãt veluti de publico aquę ductu, & de portu, & de itinerib⁹ imminu endis, & de põtibus, & de imaginibus, de numeris, de ędiũ excidio vel aliorũ publicũ exigeri: vt pote in publico loco ędificatorũ. ¶ Licet autem nulla ratiõe habere præsides pro uinciarũ hęc iussionũ nisi diuinã pragmaticã iussionem intimauerit, posteaq; iudicauerit prędem oportet ꝓ suam relationem piissimo principi. nã nec diuinam pragmaticam formã tenere eum admittere cõstitutio ꝓmittit. debet autẽ & in operibus publicis suam diligẽtiam atquę instantiam præses ostẽdere. nã & patres ciuitatũ ędificatiões publicas cogere debẽt, & cõstituere. omnes autẽ milites qui in pro uincia sedent, imperio prędis subijci cõstitutio præcepit. nam & castigare eos delinquentes præsidi licet.

TITVLVS XXVI.

De criminibus.

SI QVIS crimine illigatus in iudicio præsidis pro ductus fuerit, & ne aliquid de eo cognoscat, priui legio dignitatis vel militiæ vsus fuerit: præses pro uinciæ nõ recipiat eũ. qui enim priuilegiũ ad remouẽda cri mina prętẽdit à præside: amitti nõ debet: apparitores quoq; refrenare prędẽ oportet. Et frĩ iuriosè cõuersari voluerint: non permittere, sed & cõsiliarium & omnes homines suos purissimos habeat: vt his tãtũ contenti sint quę eis publicũ administrat.

TITVLVS XXVII.

De priuatis.

PRÆSES prouinciæ fidẽ publicam nõ passim vni cuiq; ꝓstare debet: immo etiã si dederit vsque ad xxx. dies tantũ fides publica valere debet: sed & cõ demnare eos debet q intra terminũ sanctorũ sunt & exigere eos, ita tñ vt cõpetẽtẽ honorẽ sanctorũ terminus obseruet.

TITVLVS XXVIII.

De officio proconsulis.

TERMINI sanctorum non prosunt neq; homici dis, neq; adulteris, neq; raptoribus virginum. Sed & si quis tributa fisco debeat: poterit intra sancto rum terminos ab eo exigi publicum debitum, vt tam œcono mi ecclesiarũ quã defensores ad hoc subueniant præsidi, & magis quã debitorẽ eripiãt. nã si qd tale fecerint, de sua sub stantia tributa fisco reddere cõpellãtur. IDEM.

PROFECTIONES præsidum nõ oportet damnosas prouincialibus esse. nã nec angarias præsidi vel appari

tori eius facere licet. Omnes enim omnino præsides annonis suis contentos esse constitutio iubet.

TITVLVS XXIX.

Idem de vicariis præsidum & manus armatę.

NON LICET prouinciarum præsidibus in ipsis prouincijs quas ipsi gubernant, vicarios suos cõstituere: sed nec militibus cõcessum est angarias à prouincialibus petere vel quæcũq; ei detrimenta eis facere: sed & si quid dãni prouinciales sentiant, hoc præses de suo eis resarcire compelletur.

TITVLVS XXX.

De iussione præsidi produ.

SI QVIS iussiones portauerit præsidi de regiõib⁹, liceat ei eas contemnere. nam si quid canonicũ acciderit, hoc præses cũ metropolitano prouincię disponere debet.

TITVLVS XXXI.

Idem de capitali crimine damnatis.

CAPITALI crimine damnatorũ bona non ad lucrum præsidis referri, sed cognatis punitorum reddi oportet.

TITVLVS XXXII.

Idem de patronis.

INIVSTA patrocinia tam prohibere quam contemnere præses prouinciæ debet.

TITVLVS XXXIII.

Idem de capite censitis.

ALIENOS colonos siue capite censitos nemo suscipere audeat. sed & si susceperit: statim reddat. alioquin si nõ reddiderit terram desertam propter colonum vel ascriptitiorum absentiam: susceptoribus eorum irrogari æquum est. Curare aũt etiam præses prouinciæ debet ne aliquid tale contingat. Sed & si contigerit etiam si in aliã prouinciã coloni vel ascriptitij fugerint: per publicas literas reducere eos debet & hoc non solũ in dominicis prędijs obtinebit, sed etiam in priuatorum possessiõibus: quarum forte aliquis curã habet, siue quòd creditores sint, siue quòd procuratores.

TITVLVS XXXIIII.

De titulis infixis.

SI QVIS alienis agris vel ergasterijs titulos imposuerit & nomen suum inscripserit, bonorũ publicatione puniatur. Vnusquisque autem præses prouinciæ postquam ad prouinciam peruenerit, cõuocare debet episcopum, & clerum, & primates ciuitatis: & hęc diuina intimare mandata nõ solũ in metropolitana ciuitate, sed etiam in alijs prouincijs: ita vt per apparitores insinuentur sine omni municipalium damno.

TITVLVS XXXV.

De appellationibus.

OMNIS prouocatio siue per se siue per procuratorem vel per defensorem, vel per tutorem vel quẽpiam intra decem dies porrigatur: quos cõnumerari constitutio iubet ex eo die quo definitiua sententia recitata est, si consultatione prętor vel princeps occupat⁹ nõ posit senatũ ad hoc ipsum colligere. ¶ Allegatiões litigatorũ maneãt in eadẽ figura: & nullum prędiciũ patiãtur, quãuis tempus translatũ sit, videlicet eò donec princeps vacationẽ agens senatores in vnũ conuocauerit. IDEM.

SI QVIS aduersus sententiam iudicis prouocauerit, & iudicio appellationibus destinato: præsens nõ fuerit: liceat litigatori, ideſt aduersario eius intrare ĩ iudicio ĩ quo prouocatio exerceri debeat: intra biennium tamen, vt vn⁹ verbi gratia mensis supersit, & dicat suas allegationes iudicibus etiã absente eo q̃ prouocauit. Iudices autem nõ omni modo pro eo qui præsto est sententiã dicant sed interdũ pro absente ideſt, pro eo qui prouocauit iudices victricem calculum fuerant: scilicet si bonam causam habeat: neq; autem absentia eius impunita relinquatur omnimodo prouocatiõis impensas aduersario suo præstet. siue vicerit siue victus fuerit. quod si vtriq; postquã statuti legibus dies intrauerint in absentia fuerint, maneat prior sententia. cętera autem iura quæ de appellationibus posita sunt in suo permaneãt statu. nam hæc constitutio de his loquitur qui in absentia fuerint postquam statutus dies intrauerit. IDEM.

IN OMNIBVS prouocationibus obtinere iubemus, vt appellatiõe facta intra tempus statutum, si vtraq; pars fatalem diem obseruauerit sine dilatiõe iudices & ea quæ acta sunt perscrutentur & legitimũ calculũ præferant. quòd si solus qui appellauit intrauit: iudices expectent vsq; ad vltimum fatalem diem & si is qui vincit non inueniatur: perscrutetur acta & finis legitimus sequatur. quòd si victor intrauit & is qui appellauit requisitus nõ inueniatur: expectent iudices non solũ vltimũ fatalem diem, sed etiam tempus reparatiõis, ideſt tres mẽses. q̃ si q̃s transactis, is q̃ prouocauit nõ inueniat: nullaten⁹ tpis cursu calculi cofirmant: sed ex vtraq; pte iudices pscrutẽtur acta prioris iudicij: si q̃ dẽ rectè pronũciatũ est: cõfirment. Quòd si aliq̃d nõ rectè se habeat: hoc corrigere & legitimũ calculũ proferre debent. Semel aũt appellationẽ intra fatales dies vel ab vna vel ab vtraq; pte introducta nullaten⁹ biẽnalis tpis trãsactiõe primus calculi cõfirmet, sed veritas, & iustitia pscrutetur, & finis legitimus talib⁹ causis imponatur siue vna siue vtraq; parte p̃sente. & ꝓpter hoc iubemus in talibus causis non in primo itroitu omnes cognitiões referri, sed singulas ꝓpriã diem præscriptam habere. IDEM.

OMNES iudices legibus nõ interdictã prouocationẽ intra statutos dies recipere nõ recusent intra trigita dies postquã ꝓuocatio porrecta est acta cũ sua subscriptiõe litigatoribus dare: & illi apud cõpetentẽ iudicem eam intimare possint. Si q̃s aũt iudicũ hoc facere distulerit: calculus quidem tẽporis transactione nõ confirmabitur. ipse aũt iudex qui ea non obseruauerit & qui ministerium ei præbet, omne damnũ quod litigator passus fuerit actis ei non editis de suis liberis reddere compellantur, & denas libras auri pœnę nomine nostris priuatis exoluant. IDEM.

TESTAMENTA atq; donationes apud defensores ciuitatis insinuentur, aliaq; monumenta publica apud eos rectè procedant. hoc enim præses prohibere nõ potuerit: quãuis aduersus ipsum præsidem componantur, vel ad aduersus homines eius. Pacta autem conficere defensor potest ad similitudinem præsidis tam aduersus tributarias illationes deferentes, quàm aduersus seditiosos: habeat autem ex præsidali apparitione vnum exemptorem, & duos apparitores: & iudicet ĩ pecuniarijs causis vsque ad solidos trecentos.

TITVLVS XXXVI.

De præsidiis vicariis defensorũ non mittẽdis.

Si quis

SI QVIS plus petierit vt apud p̄ſidē magis quàm apud defenſorem cauſa cognoſcatur, & per diffinitiuam ſententiam reperiatur quantitas litis fuiſſe.in.ccc.ſolidos conſtituta perdat & ipſam quantitatē quæ re vera ei debetur: & actionis ſuæ diſpendio puniatur.

TITVLVS XXXVII.

De ſententia defenſorum ciuitatis.

SI DEFENSOR ciuitatis ſentētiā diffinitiuā p̄tulerit,& aduerſus eā p̄uocatio porrecta ſit:apud p̄ſidē p̄uinciæ exerceri eā oportet.Sinaūt apparitorib⁹ defenſoris iniuriā fuerit paſſus,& p̄ſes p̄uinciæ neglexerit cōpetentē vindictā ei irrogare:tūc relationem ad p̄fectū p̄torio mittat: & qđ præfecto iuſſum fuerit,ſequaī.Habeat aūt defenſor & ſcriniū publicū vbi monumēta publica deponeret & habeat vnū hoīem q̄ eadē acta debeat cōſeruare.

TITVLVS XXXVIII.

De lenonibus tollendis.

HÆC conſtitutio iubet neminem lenonē eſſe neq; in vrbe imperiali,neque in alijs prouincijs: & prohibere debēt prætores & p̄ſides. vltimo enim ſupplicio ſubijciātur qui cōtra cōſtitutiōis normā lenones eſſe auſi ſunt. Omnia autē inſtrumēta apud lenones & fideiuſſiones īterpoſitas vel à lenonib⁹ cōtra bonos mores factas infirmas atq; inualidas eſſe hæc conſtitutio iubet.

TITVLVS XXXIX.

De nefarius nuptiis & inceſtis.

SI QVIS nefariū & inceſtū atq; dānatū matrimoniū cōtraxerit:liberos aūt legitimos ex priore matrimonio nō habuerit:ſtatim ſuis facultatibus careat, & dos quæ ei data eſt fiſci iuribus vendicenī.Poſt publicationem aūt & cinguli ſui patiaī amiſsionē, & exilio puniaī.qđ ſi vilior ſit & corporalibus cohertionibus ſubſiſtit & vxor ei cōtra leges nupta eaſdem pœnas patiaī, ſcilicet ſi nulla iuſta excuſeī ignorātia:Si aūt liberi ſint ei q̄ īceſtas cōtraxerint nuptias,illi aūt liberi legitimi ſint,q̄ forte ex alio legitimo matrimonio p̄creati ſunt,pœna patris ſui iuris fiāt & paternas accipiāt facultates:ſictn̄ vt patri ſuo alimonias p̄ſtēbeāt: & q̄ neceſſaria ſunt adminiſtret.¶Hæc aūt omnia valeāt poſt bienniū quā hæc cōſtitutio fuerit intimata.nā intra bienniū oēs q̄dem illicitas nuptias,ſi q̄ contractæ ſint,diſſolui conſtitutio iubet ſine pœna eorū q̄ nuptias illicitas contraxerūt.¶Liberi aūt q̄ ex huiuſmodi matrimonio nati ſunt,tres partes bonorū paternorum p̄ſtent: quartā fiſco,ſcilicet ſi ingrati ſunt tales liberi & legitimi nō ſunt.nā ſi alij liberi legitimi ſunt:tūc q̄dē quartā partē fiſcus capiat.cætera aūt bona inter ſe legitimi liberi & q̄ ex licito mr̄imonio nati ſunt patiantr̄ tā ex teſtamēto quā ab inteſtato.Mulier aūt q̄ cōtra leges nupſit,ſuā dotē tm̄ accipiat.ſed hęc oīa intra bienniū valeāt.nā poſt bienniū ſuperiora iura valebūt,q̄ in primo capite dicta ſunt.nā ſi poſt bienniū in illicitis nuptijs aliquis p̄manſerit:pœnis in primo capite dictis ſubijciaī.¶Idē in dominis,vt ſi ante bienniū illicitas cōtraxerint nuptias.nā biennij indulgētia illis p̄ſtita eſt, qui iam cōtraxerunt cōtra leges matrimonia vt intra bienniū ſeparentur:quòd ſi nō fuerint ſeparati, ſed perſeuerauerint in toto biennio:pœnis p̄imi capitis ſubijciantur.

TITVLVS XL.

De naturalibus liberis.

SI QVIS cū muliere libera cōſuetudinē habuerit cuius nuptiæ interdictæ nō ſunt: & liberos ab ea p̄creauerit,poſt ea q̄ inſtrumenta dotalia cōpoſuerit:ei nō ſolùm iam nati liberi legitimi & in eius poteſtate ſint,ſed etiam poſtea procreati.

TITVLVS XLI.

De pignoribus & vſuris capiendis.

SI QVIS ruſtico mutuauerit:terram eius in pign⁹ acciperenō audeat: vſuram aūt ſumere eum æquū eſt.ſiquidem aridos fruct⁹ mutuauerit octauā.ſinaūt ſolidos mutuauerit ſiliquā annuā p̄ ſingulo aureo capiat donec ſcilicet totū qđ d̄betur fuerit à debitore ſolutū.

TITVLVS XLII.

De legitima portione filiis relinquenda.

OMNES tam maſculi quàm fœminæ decedentes ſi vnū filium habeant,tertiam partem ſubſtātię ſuę ei relinquāt falcidiæ nomine,eodem obtinente iure,& ſi duos vel tres vel quatuor liberos reliquerint.Sinautem vltra quatuor ſint:dimidiā ſubſtātiæ paternæ habeāt, vt in hoc caſu falcidia lex dimidiam partem contineat,id eſt ſex vncias ſubſtantiæ defuncti.Nulla autem differentia eſt,vtrū ab inſtitutione hæredis an fideicommiſſarij datione legitima pars liberis præſtita ſit.Hoc autem quod de filijs & filiabus diximus,teneat etiā in omnibus deſcendētibus p̄ſonis:q̄bus ſcilicet de inofficioſo agere p̄miſſum eſt.

TITVLVS XLIII.

De nuda hęreditatis proprietate filiis dimiſſa.

SI QVIS liberos & vxorē habens in vltimis ſuis elogijs iuſſerit totius ſubſtantiæ ſuæ vxorem q̄dem vſumfructum habere, liberos autem nudam p̄prietatem,q̄d iuris ſit.& dicimus vſque ad partem legitimam falcidiæ habituros liberos etiam vſumfructū proprietatis:reliquam autem vſusfructus portionem vxori dādam: quia ſi nudam proprietatem ſine vllo vſusfructus ſolatio habeant liberi,nihil prohibemus fame eos perire.¶Hæc autem quę diximus teneant tam in patre defuncto quā in auo & proauo & in omnibus ſuperioribus perſonis:eodem videlicet iure obſeruando. Et ſi mater decedens marito ſuo vſumfructū totius patrimonij ſui reliquerit, & liberis ſuis nudam proprietatem:idem eſt & in auia & in proauia.

TITVLVS XLIIII.

De nepotibus ex filio & filia natis.

SI QVIS nepotes ex filio reliquerit & ex filia nepotes vel neptes pariter ad hæreditatem aui defuncti ab inteſtato vocent̄ & nō minus tertia parte ſicut antea accipiant ſed integram portionem cōſequātur nepotes ex filia nati qualem accipiūt nepotes ex filio p̄creati.¶Itē ſi auia deceſſerit nepotibus ex filio & ex filia derelictis oēs pariter ad hæreditatem auiæ ſuæ vocentur: & omnino nulla ſit differentia vtrum ex filio,an ex filia procreati ſint.¶Item ſi quis ſine dotalibus inſtrumentis ſed ſola nuptiali affectione matrimonium contraxerit & liberos habuerit, poſteaq; ſoluto priore matrimonio ſecundas nuptias cum alia muliere contraxerit,& dotalia inſtrumenta ei fecerit, & alios liberos habuerit:omnes liberi eius tam ex priori matrimonio nati quā ex ſecundis nuptijs procreati pariter ad hæreditatem vocentur quāmuis primū matrimonium ſine dotalibus inſtrumentis contractum eſt.

TITVLVS XLV.

De iis qui ſine liberis & vxoribus legitimis deceſſerunt.

SI QVIS neq; liberos legitimos habens neq; vxorē legibus cognitam deceſſerit,& concubinā reliquerit ex qua filios naturales habuit:cōcubinā aūt dicimus talem q̄ libera cōſtituta in domo defuncti erat vſq; ad mortē eius & ſi liberi naturales ī domo ei⁹ ab ipſo p̄creati ſunt & nutriti. Si hæc igitur ita ſint:veniant ſimul tam

ipsa cõcubina quàm liberi eius naturales ab intestato in substãtiã defuncti nõ vt totã accipiãt, sed vt duas vncias tantũ cõsequantur substãtię defuncti patris, & distribuantur inter eos & matrẽ: ita tñ vt mater vnius liberi portionẽ accipiat, & p capita diuisio rerũ fiat. Quòd si cõcubina ante cõcubitorem suum decesserit, & filios naturales reliquerit: nihilominus duas vncias liberi naturales cõsequantur. hęc autẽ de ea cõcubina dicim⁹ quę sola erat in domo defuncti cõcubitoris. alio quin si quàmplures fuerint mulieres quas in cõcubinatu defunctis habebat ex quib⁹ & liberos naturales habuerit: nulla legitima dabit neq; cõcubinis neq; liberis earũ ad successionẽ defuncti venire: quoniã meretrices magis quàm concubinę tales sunt cũ quibus passim defunctis dormiebat: sed illã solam cũ ꝓgenie sua ad hęreditatẽ defũcti vocam⁹ quę quo dammodam vxorẽ legitimã imitatur: & nulla differẽtia est, vtrũ naturales eius liberi masculi aũt fœminæ sint. hæc autẽ in futurum tempus obtinere constitutio iubet.

TITVLVS XLVI.

De patre qui filię dotẽ dederit vel filio ꝓpter nuptias donationem.

SI QVIS ꝓ filia sua dotẽ genero dederit vel ꝓpter nuptias donationẽ ꝓ filio suo nurui p̃stiterit: post ea ipse pater decesserit testat⁹ siue intestat⁹, & nõ spãliter expresserit vt nulla collatio fiat dotis vel antenuptialis donatiõis. Si hoc igitur ita sit, is q̃ succedere iure patris voluerit cogat cõferre dotẽ vel ante nuptialẽ donationem.

TITVLVS XLVII.

De his qui res suas filiis distribuere voluerint.

SI QVIS res suas liberis suis distribuere velit siue intestamẽto siue alia quadã voluntate liceat q̃dem ei hoc facere: dũ tamẽ distributionẽ cõfirmẽt sua subscriptione. Quòd si ipse subscribere nolit, faciat liberos suos subscribere: inter quos & rerũ distributio fit. Quòd si nõ ita fecerit, veletiã sine testib⁹ volũtatẽ suam cõdiderit: sciat ea nullius esse momẽti. Ideoq; liberi eius omnes ita substantiam eius partiantur inter se ac si sine vlla distributiõis voluntate parens eorum decessisset.

TITVLVS XLVIII.

De iis qui negauerint manũ esse in scripto.

SI QVIS ꝓbatã manu sua scripturã negauerit, & dixerit tale scripturã suã nõ esse, & postea actor ꝓbatiõibus vexẽt & aliis difficultatib⁹: vel si literas quide agnouerit: dixerit autẽ pecuniã sibi numeratã à creditore nõ esse, in vtroq; casu si cõuictus sit in duplo debitã pecuniã actori p̃stet. Quòd si iudex cõtra p̃sentem legẽ iudicauerit: ipse pœnã actori reddat. Hoc autem ita se habet: nisi fortè actor ꝓbationibus deficiẽs sacramentũ reo detulerit: tunc enim si reus sacramẽtum dare noluerit, sed veritatẽ cõfessus fuerit: dupli pœnã euitabit. q̃ si lõgiore tempore litigio extẽso ad sacramẽtum actor recurrerit postea q̃; reus sacramenti timore veritatẽ cõfessus fuerit: dupli q̃dem pœnã euitabit. cogat aũt omnes impẽsas quas actor ꝓpter improbitatem eius fecerit sacramẽto actoris p̃stare. si q̃s aũt dixerit sibi nullã adnumeratã esse pecuniã: postea autem confessus fuerit & dixerit etiã se particularẽ solutionẽ soluisse: quãuis re vera p̃soluerit: attamen nihilomin⁹ integrã partem p̃soluat. sed & si reus literas actoris ꝓtulerit, easq; suas esse actor negauerit, & postea reus veritatẽ probare potuerit: cogat actor non solum illud imputare reo quod literis declaratur: sed etiam alterum tãtum persoluat pœnæ nomine mendacij sui. & in hoc casu sacramenti ratio eadem habeatur tam in actoris quàm in rei persona.

TITVLVS XLIX.

De litigio misso pro culpa supra tutorem & curatorem.

QVOD SI litigium ꝓ tutores vel curatores vẽtilet ur: poneenim principales p̃sonas impuberes esse vel adolescẽtes: tunc pœnę axactio ꝓpter improbam negationẽ aduersus ipsos tutores vel curatores cõpetat. Hęc autem constitutio nullam facit innouationem in legibus quæ duplum vel quadruplum in quibusdam casibus exigi pręcipiunt.

TITVLVS L.

De detencatione facta.

SI QVIS RERVM detentator in rem actiõe ab aliquo conuentus dixerit actorẽ rerũ dominiũ nõ esse: actor autẽ probauerit suũ dominiũ esse, & ꝓbationib⁹ cõuict⁹ reus postea dicat hypothecarũ titulo vel alio quodã iure ad se res ꝓtinere: tali pœnę subijciatur, vt adhuc lite in suspenso cõstituta, res ad actorẽ transferatur: & post trãslatã possessionẽ tũc si quas sibi putauerit actiones competere: eas moueat is qui trãsposuit possessionem.

TITVLVS LI.

De ancilla concubina facta.

SI QVIS neq; legitimã vxorẽ habeat, neq; liberos legib⁹ cognitos: ancillã aũt suã concubinã habuerit, & liberos ex ea susceperit, postea q̃; eã cũ liberis suis manu miserit, & ius anulorũ aureorũ eis impetrauerit, & natalib⁹ eos restituerit, ĩstrumẽta q̃; dotalia cõscripserit quàmuis & postea nullos habuerit liberos: attamẽ & vxor legitima sit & liberi q̃ ante dotalia instrumẽta sunt nati tã legitimi quàm in potestate patris sui naturales efficiantur, & successionem eius ab intestato capiant.

TITVLVS LII.

De iis qui ancillã duxerũt putantes eam liberã.

SI QVIS per errorẽ ancillã duxerit vxorẽ liberam eam putans: vel ex contrario, si libera mulier seruo ꝓ errorẽ cõiuncta sit, postea q̃; veritas reperta fuerit: dicendũ est oĩno nuptias nõ cõstitisse. Inter liberũ enim & ancillã vel seruũ & mulierẽ liberã nuptię contrahi nõ possunt. q̃ si ꝓ calliditatẽ vel cõniuentiã dñi seruus vel ancilla matrimoniũ cõtraxerit cũ libera p̃sona (forte enim dñs ancillam suã vt liberã viro ingenuo cõiunxit) & dotẽ ꝓ ea præstiterit vt propter nuptias donationẽ lucrẽ totam vel pro parte. Si quid igitur tale contigerit ipsa donatione dotis & ancilla libera fiat, & nuptię consistãt: nulla lege quantũ ptinet ad seruitutẽ huiusmodi matrimonium concutiẽte. Si aũt domin⁹ specialiter quidem nuptijs ancillę suę vel serui nõ cõsenserit, sciẽs aũt quid agat nõ ꝓhibuerit: fortè enim ideo hoc facit vt postea negotiũ moueat homini libero q̃ ancillã eius duxerit vxorẽ, vel ingenuę mulieri q̃ seruo eius nupta est. Si q̃d igitur tale euenerit: licet specialiter dñs nõ cõsenserit: attamẽ sciens nõ ꝓhibuerit, & nuptię integro iure consistant & de seruili cõditione p̃sona eripiat ad ingenuitatẽ illo sine dubitatione aperto liberi qui ex huius nuptijs procreati fuerint tam ingenui quàm legitimi sint.

TITVLVS LIII.

De seruo & ancilla egrotante.

SI QVIS SERVVM suum ægrotum vel ancillam morbosam contempserit & nullam curam eis fecerit, necesse est eos liberos esse. seruus enim per titulum pro derelicto à domino suo conceptus in libertatem eripiatur: eodem iure etiam in ancilla obtinente.

Ideoq;

Ideoq; nuptiæ inter eos legitimæ contrahi poſſunt: & iſtę quidem cauſæ ſunt per quas bona gratia matrimonium diſſoluatur. his autem admunerari debet etiam in expeditione degentis magiſtri militis diſſolutio de qua dicẽdũ eſt in cõ petenti tempore in quo etiam cauſas ſubtilius repudijs di cturi ſumus.

TITVLVS LIIII.

De iuſte diſſociatis.

ILLVD certũ eſt qđ in his cauſis ex q̃bus mr̃imo niũ diſſoluitur ſi velit mulier poſtea nubere annũ prius expectare debet p̃pter ſanguiuis cõfuſionẽ.

TITVLVS LV.

De adſcriptitio qui liberam mulierem habe re non poteſt.

ALIENVS aſcriptitiꝰ liberã mulierẽnõ ducat vxo rem neq; ſciẽte neq; conſentiente domino. quòd ſi tale aliquid auſus fuerit facere: liceat domino & re trahere cum modica caſtigatione ſiue per ſe ſiue per magi ſtratus & copulatã ſibi mulierem diſiungere. tales enim nu ptię neq; nuptię ſunt, neq; dos vlla eſt, nec donatio propter nuptias intelligitur.

TITVLVS LVI.

De mulieribus ſine dotalibus inſtrumentis.

SI QVIS ſine dotalibus inſtrumentis affectiõe ma riti vxorẽ duxerit: nõ audeat ſine cã legibus cogni ta repudiũ ei mittere: alioquin quartã partẽ ſubſtã tiæ ſuę deceptę mulieri p̃ſtet. hæc aũt quarta pars talẽ diſtin ctionẽ decipiat. nã ſiquidẽ quadrigentarũ librarũ auri mari tus facultatẽ habeat vel minꝰ quarta parte ſubſtãtię ſuę oĩ modo receptę mulieri p̃ſtet, id eſt cẽtũ libras, ſi quadragĩta centũ librarũ ſubſtantiã habuerit: vel minus, ſi minores ha beat facultates. Quòd ſi tantas habeat opes vt etiã quadrĩ gentarũ librarũ auri ſummã excedant: tũc centũ tm̃ libras ei maritus præbeat. Sed ſiqdem p̃ maritũ ſteterit quo minus matrimoniũ cõſiſtat & ſine cauſa repudiũ miſerit: in hoc ca ſu ſoluto mr̃imonio annũ expectet mulier poſteaq; ſine im pedimẽto ad ſecũdas trãſeat nuptias. q̃ ſi p̃ mulierẽ ſteterit quo magis matrimonium diſſoluatur, quinque annos ex pectet: & his tranſactis ad ſecundas nuptias migret, ſi velit.

TITVLVS LVII.

De mittendo filiofamilias repudium.

SI FILIVSFAMILIAS vxorem duxerit, nõ ha beat licentiã vxori ſuę repudiũ mittere ſine pater no cõſenſu. Idẽ dicimus & in filiafamiliâs vxore. nãnec ei repudiũ mittere ſine paterno cõſenſu marito ſuo p mittimus. alioquin dotem quam pater ſuſcepit vel propter nuptias donationem non cogatur reddere.

TITVLVS LVIII.

De morte mariti vel vxoris.

SI MORTE mariti vel vxoris matrimoniũ ſolu tũ fuerit, ſupſtes p̃ſona dotẽ vel p̃pter nuptias do nationẽ ſecundũ pactiones factas lucret̃: ita tm̃ vt diſpares nõ ſint pactiones. nõ enim admittimus tales cõuen tiones q̃ marito q̃dem dimidiã partem dotis mortua mulie re p̃ſtant. vxori aũt tertiã partem p̃pter nuptias donationis marito moriẽte. Exęquari pactiones ab vtraq; parte decet. ideoq; ſupfluũ vniꝰ portiõis tollimꝰ vt etiã in p̃ſona mariti tertia pars dotis expectet̃. exęquationẽ enim partiũ ita fieri cõſtitutio iubet, vt maior pars diminuto ſupfluo ad mino ris partis quantitatẽ cõcurrat. Si q̃d tm̃ ex dote lucratus fue rit marit⁹ muliere mortua, vel ſi mulier lucret̃ ex donatione p̃pter nuptias mortuo marito, hoc habeat pleno iure: & ha beat p̃tãtem quo voluerit mõ eã diſponere ſiue p̃ legatorũ titulum, ſiue alia quauis alienatione. Si aũt decedẽs eas res nõ alienauerit, vel oẽs vel quaſdẽ ex eis maneant apud libe ros pręcipui honoris vitę: ſiuę ſcripti fuerint hęredes ab ea perſona quę tale lucrum ſenſerit, ſiue non, niſi fortè ingra ti circa eam extiterint.

TITVLVS LIX.

De ingratis liberis.

SI INGRATI circa eam p̃ſonã extiterint: liberi q̃ lucri aliq̃d acceperint, quãuis tales res nõ aliena uerit ſpecialiter ſiue inter viuos ſiue in teſtamẽto ſuo: attamen hæredes eius eaſdem res capiãt excluſis videli cet modis omnibus liberis. Illud certũ eſt q̃ ſi filij ſint & an tè defunctis filijs: nepotes pariter cũ ſuis patruis ſiue auũcu lis in eundem honorẽ pueniãt. ſic tm̃ ſui patris hæreditatẽ amplectunt̃. Hoc aũt ſolùm nõ in dote & donatione p̃pter nuptias teneat, ſed etiam in illis matrimonijs q̃ ſine dotibus cõſiſtũt in q̃bus quartã partẽ ſubſtantię ſuę marit⁹ vel vxor læſæ p̃ſonæ cõpellitur dare, ſecundũ præfatam diuiſionem.

IDEM.

SI mulier poſt mortem mariti nondũ annali ſpacio com pleto ad ſecũdas puenerit nuptias: omnibꝰ quidẽ modis inter infames erit. ſed ſiquidem liberos ex priori matrimo nio nõ habeat: infamiã quidẽ exoluere poterit ſi p̃ces impe ratori porrexerit, & diuino principis nutu priori opinioni reſtituta fuerit, res autẽ ex priore marito ſibi relictas nullo modo lucrabit̃, ſed decẽ p̃ſonis eodẽmodo accreſcũt, id eſt vſq; ad ſcđm gradũ in ſuperioribꝰ & inferioribꝰ & ex latere venientibus dinumeratiõe facta eodemq; modo decẽ p̃ſonis collectis. Sũt aũt hę pater & mater, auus & auia, filiꝰ & filia nepos & neptis, frater & ſoror. His autẽ p̃ſonis nõ apparẽ tibus & ea quę priori marito tali vxori relicta ſunt, fiſci iuri bus vendicet̃. ſed neq; p̃pter nuptias donatiõe potiri cõcedi tur, quãuis pactionũ tenor đclarauerit: ſed nec copulato ſibi ſecundo marito ante annale tẽpus poterit dotẽ dare vltra tertiã p̃tẽ ſubſtãtię ſuę: ſed nec aliquo extraneo caperealiq̃đ per vltimã voluntatẽ p̃mittit̃. omnino em̃ cũ alio nõ habet teſtamẽti factionẽ: ideoq; nec hęreditatẽ ſibi relictã, nec le gatũ neq; fideicõmiſſum neq; mortis cauſa donationem ca pere poterit, ſed ea quę relicta ſunt ſiue legata ſiue fideicõmiſ ſa ſiue hęreditatis particularis datio ap̃d cohęredes eius rema neant. Si nautẽ ipſa ſola hęres ſcripta eſt: ad eos bona defun cti pueniãt quos ab inteſtato leges vocant. Hęc de his quę ex teſtamẽto tali mulieri relinquũtur. Nã ſi ab inteſtato ad agnatorũ ſuorum hęreditatem vocent̃: nõ omnibꝰ ſuccedere poterat: ſed vſq; ad tertiũ gradũ ab inteſtato hęreditatem capiat. vlterioris autem gradꝰ cognatis ideo nõ ſuccedat. Si aũt liberos habeat, & non expectauerit anni ſpaciũ, ſed ad ſecũdas p̃peraverit nuptias: & hæc quidẽ infamis erit: ſed tamẽ nec principis indulgentia priori reſtituetur famę: niſi liberis ex priore matrimonio natis dimidiã partẽ ſubſtantię ſuę donauerit purè & ſine vlla cõditione ita vt nec vſumfru ctum retineat ſibi, ſed tẽpore ſecũdi matrimonij ſimpliciter dimidiã p̃tem facultatum ſuarũ eis donet. hoc enim facto & principali reſcripto ſecuto priſtinã famã ſibi renouabit. Inter eos autem liberos quibus dimidiam partem bonorum ſuorum donauit res donatæ æqua portione diſtribuant̃. & ſiquidem filij ſint: in capita diuidanturres eis donatę. Si nau tem nepotes ſint: patris: ſui portionem accipiant, vt videan tur quodãmodo in ſtirpes ſuccedere. & ſiquidem omnes liberi inteſtati deceſſerint: hæreditas eorũ ad matrem perue niat. proculdubio dimidiam partem bonorum ſuorum quã ſemel dedit, iterũ receptura. quòd ſi teſtamento facto deceſ ſerint: neceſſe eſt res quas dereliquerint, ad ſcriptos eorum ſucceſſores peruenire.

TITVLVS LX.

De impleto statuto tempore.

SI MVLIER post priores nuptias repudio vel morte mariti solutas ad secundũ migrauerit matrimoniũ anno scilicet legitimo cõpleto, siquidẽ nullos habeat liberos: siue q̃stiõeres sibi derelictas à priore marito pleno iure possidebit non solùm iure vsusfructus, sed rerũ etiam dñio potitura. Quòd si liberos ex priore matrimonio habeat, & ad secũdas q̃uenerit nuptias: in primis q̃dem carebit p̃pter nuptias donatione: deinde aũt omnia alia liberalitate q̃ ad eã q̃uenerint siue inter viuos, siue in vltima volũtate maritus ei q̃dpiã dederit vel dereliquerit, siue institutionis nomine, siue legati vel fideicommissi causa. Hoc aũt q̃d diximus carere eam oĩbus quæ ex substantia mariti ad eam q̃uenerint, intelligendũ est quantũ ad rerũ dñium. vsusfructꝰ em̃ earũ rerũ ipsi mulieri p̃maneat p̃prietate, scilicet eo tpe liberis cõpetẽte, quo secũdas nuptias mater eorũ contraxerit. Si naũt illa decesserit etiã vsusfructꝰ eis accrescat. Et hæc omnia iura cõiter locũ habent tã in vxoris psona, quam mariti. Si fortè ipse secundas contraxerit nuptias nulla discretione habita vtrum dotes vel propter nuptias donationes p̃ se ipsi dederint, an alius magis p̃ eis. Nec post dissolutũ matrimoniũ liceat supstiti res dotales, vẽdere, vel pignori ponere: sed vsumfructũ capiat nõ fit p̃scriptio filijs cõtrahentibus nisi triginta annorum post pupillarem ætatẽ aut post obitũ parentũ si tacuerit. nam vnus ex parentibus nõ liceat filijs agere si res distractæ fuerint ad eorum aũt rerum.

TITVLVS LXI.

De non alienandis rebus prioris matrimonii.

ADEO aũt p̃dictarum rerũ post secũdas nuptias patris vel matris liberis ex priore matrimonio natis dominiũ competit, vt nõ possit pater vel mater eorũ res eaſdem firmiter alienare, nec hypothecæ titulo obligare: q̃m ius vtendi fruendi tm̃ modo parentibus cõcessum est. sed clemẽtius quidem res temperabit vt statim q̃dem liberi nõ possint suũ parentẽ vetare si eaſdem res alienare voluerit sed post obitum eius eas vendicabunt sine vllo obstaculo. & nõ solũ ipsi, sed etiã eorum hæredes res distractas vel pignoratas vẽdicabũt. & non solũ aduersus emptores, vel creditores sed etiam successores eorũ in rẽ mouebit actio, nulla temporali p̃scriptione exclusi: nisi fortè triginta annorũ curricula transacta fuerint: quæ computari oportet ex eodem tempore, videlicet quo liberi suæ potestatis effecti sunt, excepta videlicet pupillari ætate: quia impuberibus nulla temporis computatio currit.

TITVLVS LXII

De alienatione rerum primi matrimonii.

NVLLAM post hęc electionem habeat pater vel mater ad secundas perueniens nuptias res p̃dictas cui voluerit liberorũ suorum adijcere: sed ad oẽs liberos hæ res veniant in capita distribuẽdę: nisi fortè nepotes ex filio vel filia p̃ponãtur. hi enim in stirpes vocantur & patris sui vel matris portionem accipiũt. Illud aũt q̃d supra diximus & in talibus rebus alienatio à parẽte facta irrita nõ sit, nõ sine distinctione teneatur, sed interdum pro parte valeat, id est p̃ ea quam casus ille fecit q̃ extat nullis liberis superstitibus p̃ rata scilicet totius pactionis. ¶ Hoc aũt quod dico tale est: quædã mulier nupsit & pepigit cũ marito suo vt soluto matrimonio si liberi superstites fuerint in totum propter nuptias donationes habeãt si nulli liberi supstites fuerint, tertiã partẽ habeat mulier. Ecce: in hoc casu si dirupto priore matrimonio secũdas contraxerit nuptias mulier, tribus liberis superstitibus, & vnus ex his decesserit: partẽ tertiam mulier pleno iure possidebit, & alienare firmiter poterit quantum mors filij lucrari eam patit ex tertia portione quæ illo casu continet̃ qui locũ habet si liberi superstites nõ sint, id est vt tertiã particulam tertiæ partis mater lucretur, eamq̃; firmiter alienare possit: in cæteris aũt portiunculis inutilis erit alienatio. q̃d si cõtigerit oẽs liberos mori sine liberis: necesse est totam tertiã portionem matrẽ habere, quam habuisset ab initio, si nullis liberis supstitibꝰ priores nuptias solutæ fuissent. Ex his igitur illud apparet q̃ alienatio à parente facta interim in suspenso esse potest pro parte q̃dem valere vno filio defuncto: pro parte autem in suspenso esse: vt si omnes liberi moriãtur tota tertia portio firmiter alienata esse videat̃. Illud indubitatũ est, quòd filius ingratus circa parẽtes ostensus his portionibus excludẽdus erit. in hoc enim tantummodo casu ius electionis parẽti cõceditur. Ingratum autem intelligere debemus eũ qui circa patrem & matrem ingratus probatur, vel omnimodo qui circa eum ingratus est, qui vltimus decesserit.

TITVLVS LXIII.

De non alienanda nisi portione vnius.

PATER vel mater q̃ quæué ad scdas migrauerit nuptias, nõ habet licentiã siue inter viuos siue in vltima volũtate liberalitatẽ vllam cõferre in nouercã liberorũ suorũ vel vitricũ vltra eã partẽ q̃ ad vnũquenq; liberorũ suorũ ex substantia eius peruenerit. Ideoq; si vnum filium habet: dimidiam partem eidem filio suo cõseruet, & alterã partem nouercæ vel vitrico p̃sentet. si naũtem duos filios habeat: tertiam tantummodo bonorum suorũ nouercę vel vitrico liceat ei p̃stare. quod si tres habeat liberos: quartam partem si velit det: & regulariter tantã partem nouercæ vel vitrico liceat ei dare quantam singuli liberi haberent. Sed si in testamẽto suas facultates diuidere parens voluerit, & nouercæ vel vitrico quidpiam donare voluerit: legati vel fideicommissi nomine pariter substantiam suam distribuat vt vitricus vel nouerca vnius liberi hãc portionem habeat. hoc si liberis suis non ex disparibus partibus facultates suas parens diuisit. nã si disp̃ares portiones eis p̃stiterit: necesse est nouercã vel vitricũ illi filio cõparari qui minimam portionẽ acceperit: ita tñ vt vnusquisq; liberorũ nõ minus lege falcidia habeat: nisi fortè appareat ingratus. Id aũt q̃d diximꝰ de patre & de matre, teneat & in auo & in auia: & nõ solũ in filio filiáue, sed etiam in nepote neptáue.

TITVLVS LXIIII.

Cuius temporis computatio expectari debeat, & quomodo superflua quãtitas distribui debeat.

SED EST q̃situm multotiens in iudicijs quo tempore cõputationem patrimonij parentis facere debeamus: vtrum eo quo dotem vel antenuptias donatione vel aliam qualem vis liberalitatem adscripsit vel dederit vitrico vel nouercę: an magis illud tẽpus spectari oportet ex quo parẽs moriatur. & dicimus euẽtum inspici oportere, id est illud tempꝰ quo parens mortuus est: vt secundũ patrimonij quantitatem quod postea inuentum fuerit: ita diuisio fiat inter liberos ex priori matrimonio natos & nouercam vel vitricũ: ita, vt si quid plus nouercæ vel vitrico datum vel relictũ fuerit: hoc redeat ad liberos qui ex priore matrimonio nati sunt, & pariter inter eos distribuat̃. Si nautẽ ex secũdo matrimonio liberos reliquerit: id q̃d de sua substãtia amplius æquo dedit: irritum permaneat vt inter oẽs & ex priore & ex secundo matrimonio natos liberos diuidatur. Illud verò certum est quòd & primi & secundi & tertij matrimonij liberi singuli suæ matris dotẽ vel proprij sui patris ante nuptias donatiões accipiãt, & æqualiter omnino diuidant, siue ad alias peruenerit nuptias pater vel mater, siue non.

TITVLVS LXV.

Delegato superstiti personę relicto.

SI autem legatum defuncta persona superstiti parti reliquerit: deinde superstes noluerit ad illas nuptias venire: liceat ei suo iure legatum possidere & alienare siue inter viuos, siue in vltima voluntate: & liceat ei eo quo voluerit modo disponere.

TITVLVS LXVI

Si repudio matrimoniū solutum sit, quid statui oportet de lucris nuptialibus.

OMNIA aūt q̄ diximus de lucro dotis vel ꝓpter nuptias donationis ex morte mariti vel vxoris ad alterutrā psonā ꝓueniētis trahēda sunt. & ad ea lucra q̄ p repudiū mr̄imonio soluto ad vtrāq; partē ꝓueniāt, idem iuris est. Et si bona gratia nuptię dissiūctę sunt: liberis em̄ res lucro cedētes seruabunt̄. Idē dicimus etiā de eo lucro qđ mulieribus p̄stare necesse est sine nuptijs. quartā partē em̄ quā ex facultatibus mariti acceperint liberis suis seruare coganť. Et si secundas contraxerit nuptias maritus: filij sui ex priori matrimonio nati res quas lucratus est, custodiat.

TITVLVS LXVII.

De augenda vel minuenda dote propter nuptias donatione.

LIBERA licētia sit tā mulieri quā etiā marito, tā augere quā diminuere dotē vel ꝓpter nuptias donationem etiā adhuc constante mr̄imonio: qđ in primis q̄dem nuptijs sine distinctiōe verū est. in secūdis aūt nuptijs liberis q̄dem ex priori matrimonio extātibus diminuere dotē vel ante nuptias donationē nō licebit, quāuis augere eas nō est ꝓhibitum. Si autem nulli liberi ex priore matrimonio sint: & tunc augere & diminuere dotem & propter nuptias donationem sine vllo obstaculo licet.

TITVLVS LXVIII.

Si vsufructu a marito relicto vel contra, fiant secundę nuptię.

SI QVIS in vltimis suis eulogijs vsumfructū vxori suę reliquerit, siue mortis cā donauerit, vel viuus vsumfructū ei cōcesserit, posteaq; ad secundas nuptias vxor migrauerit: nō statim ei ꝑeat vsusfructus, sed habeat eū integrū mulier quoad vixerit: post mortē aūt eius redeat vsusfructꝰ ad suā ꝓprietatem. Hæc aūt ita sunt, nisi specialiter maritus q̄ donauit vsumfructū, sub hac cōditione dederit, vt si mulier ad secundas ꝓuenerit nuptias vsusfructus extinguaťr. Idcoq; dicimus: & si mulier marito suo vsūfructū donauerit, vel i vltīa volūtate reliquerit. sed hęc de iure vtēdi fruēdi qđ liberalitate alteri ab altero datū est.

TITVLVS LXIX.

Si vsusfructus dotis nomine vel propter nuptias donationis causa constituatur.

SI AVTEM vsusfructus dotis causas vel ꝓpter nuptias donationis gratia datus sit: tūc vetera iura illibata maneāt, id est vt apd maritū vel mulierē sit: quāuis cōtrariū in suo testamēto psona decedēs exp̄sserit.

TITVLVS LXX.

De rebus maternis vel nuptiarū lucris quę ad filiumfamilias peruenerunt: & de castrensi vel quasi castrensi.

QVODCVNQVE filius vel filia acq̄sierit siue ex materna linea, siue ex cā nuptiali, siue ex q̄licunq; huius rei vsumfructū oī modo pater habeat: quāuis sēcas cōtraxerit nuptias. Loquiť aūt de liberis q̄ in ptāte parentū sunt, exceptis videlicet castrēsibus & quasi castrēsibus peculijs. ea em̄ sine aliq̄ distinctiōe parētibꝰ nō acq̄runt̄: neq; qđ ad ꝓprietatē ptinet, neq; qđ ad vsūfructū expectet: sed sunt pleno iure liberorū quāuis in ptāte parētū fuerint.

TITVLVS LXXI.

Si mulier res quas liberis suis donauit quasi ab ingratis vel secundas nuptias suas reuocare maluerit.

SI MVLIER liberis suis res quas donauerit postea q; ad sēcas puenerit nuptias & ingratitudinis vel amēto donationē semel à se factā reuocare maluerit: nullo modo poterit hoc facere nisi spāliter ꝓbauerit vel quod vitæ eius filius insidiatus est, vel quod manus impias ei intulerit, vel quod tales īsidias ei comminauerit vt facultatibus suis totis priuetur.

TITVLVS LXXII.

Vt secundo marito copulata mulier prioris viri dignitatibus vel priuilegiis non vtatur.

MVLIER quæ ad secundas migrauerit nuptias priuilegijs vel dignitatibus prioris viri non vtatur.

TITVLVS LXXIII.

De libertis mulieribus quę patronis suis cōiunctę sunt.

SI LIBERTA mulier patrono suo copulata nuptijs q̄dem eius ipsa renūciauerit: ad sēcdm aūt matrimoniū migrare voluerit: hoc facere inuito patrono nō poterit. alioquin si cōtra volūtatem eius nupserit: non sunt nuptiæ sed vt meretrix coniuncta esse videtur.

TITVLVS LXXIIII.

Si adhuc constante matrimonio dotem maritus vxori suę persoluerit.

CONSTANTE adhuc matrimonio maritus vxori suæ dotē nō facilè cōpelliť reddere, nisi sit causa legibus cognita. alioquin si temerè dotē vxori suę soluerit maritus, donasse ei videť. & ideo mortua muliere dotem reddere hęredes eius marito debēt cū fructibus, scilicet q̄ medio tpe nati sunt & nō solū ipsi marito, sed etiā hæredibusei⁹. Ideoq; & lucra dotiū sic tractanť quasi nō essent redditæ vt & pacta dotalia conseruenť. & si secundas nuptias maritus contraxerit filijs suis ex ꝓriore matrimonio natis: res quas lucratus est, custodiat.

TITVLVS LXXV.

Si mulier suorum liberoru tutelā administrauerit, & ad secundas conuolauerit nuptias.

SI MVLIER liberorū suorū tutelā administrauerit, & post inchoatam administrationē ad sēcūdas migrare voluerit nuptias: prius filijs suis impuberibus tutorē petere debet, eiq; rationem administrationis suæ reddere, & post redditā rationē si debitrix appareat: debitū suū soluere debet: deinde si velit, ad matrimoniū secundū ꝓueniat. Si naūt hac obseruatione cōtempta secundas cōtraxerit nuptias: nō solū res ipsius, id est matris liberis eius hypothecę titulo supponanť: sed etiā res victrici ex p̄sentis cōstitutiōis authoritate. Et si filij impuberes morianť: successionem eorū mater lucrari nō ꝑeret, siue ab intestato ei deferaťr eorum successio, siue ex testamento qđ fortè pater eis pupillari modo matrem substituit. Et nō solum tales pœnas patiatur, sed etiā illas quæ de illis mulieribus dictæ sunt quę ꝓbatę fuerint antè, quā legitimum tempus, id est annale spatiū

prætereat ad ſecũdas nuptias ꝓperaſſe,vt ſint infames, & tales pœnas ſuſtineãt quas ſuprà poſuimus. Solui aũt pœnæ poſſunt,ſi principalis indulgẽtia remiſerit eas ſcđm iam tra ditã obſeruantiã,&ſi dimidia pars bonorũ matris liberis do nata fuerit, vt nec vſusfructus rerũ matri cõcedaẽ eorũ. Idẽ aũt dicim⁹ & ſi naturaliũ liberorũ mater tutelã adminiſtrãs ad ſcđas cõuolauerit nuptias:eaq; cuſtodiri oportet.& in ꝓ uincijs quidẽ cura & ſolicitudine tam præfatæ vrbis quã præfecti prætorio.

TITVLVS LXXVI.

Si ſub conditione mater a patre legatũ vel fideicommiſſum reliquerit filio ſuo.

SI PATER iuſſus vel rogatus fuerit legatũ vel fideicõmiſſum filio ſuo ſub conditione pręſtare nõ aliter legatorum ſeruãdorum cauſa ſatiſdare coga tur,niſi ſecundas contraxerit nuptias.

TITVLVS LXXVII.

De clericis qui nuptias contrahere nõ poſſunt.

CLERICVS q ſupra lectores & cantores eſt,velu-ti ſubdiaconus vel diaconus,nullas nuptias cõtra-here audeat: alioqn ſacerdotio cadat. Lector quo que ſi ſecũdas cõtraxerit nuptias,ad maiorẽ gradũ ordinis eccleſiaſtici prohibeatur aſcẽdere. Laicus etiam ſi appareat vxori coniunctus eſſe quę aliũ maritũ habuit,aut ſi nõ iure cõiunctus ſit,aut ſi ipſe aliã vxorem habuit neq; ſubdiaco nus neq; diaconus neq; preſbyter fieri poterit.Nã & ſi clan deſtinis artib⁹ ad cõſecrationẽ irrepſerit:honore eius cadat.

TITVLVS LXXVIII.

Si decedẽs maritus vxori ſuę legauerit ſub cõditione,ſi ſecundas non contraxerit nuptias vel contra,id eſt ſi vxor marito.

SI QVIS decedens reliquerit vxori ſuæ legatũ ſub hoc modo:vt ad ſecũdas nuptias nõ ꝓueniat:vel ſi mulier marito ſuo legatum reliquerit,vt ſcđm ille nõ cõtrahat matrimoniũ,correcta lege iulia miſcella ꝓſtet legatũ ſub obſeruatiõe hui⁹:vt in primo qdem anno legata nõ exigaẽt:niſi forte ad ſacerdotiũ legatari⁹ ꝓueniat vt nu ptiarũ nulla ſpes ſit. Anno aũt primo trãſacto ſi qdem res legata immobilis ſit ſub cautione tñ iuratoria & obligatio ne bonorũ ſuorum qđ ſecũdis qdem ab eo cõtractis nuptijs rẽ qualẽ accepit reſtituat cũ fructibus medio tpe natis. Sin aũt res legata mobilis ſit:ſiquidẽ legatarius vel legataria lo cuples fuerit ſimili cautione atq; obligatiõe bonorũ ſuorũ rem legatã ſibi capiat,ita vt ſcđis nuptijs cõtractis res qua-lis data eſt,reddatur,vel diminutio eius reſarciaẽ. Sinautẽ pecunia numerata legata ſit cũ vſuris ſuis reddatur q̃ legata rio ſolutę ſint a bijs qbus pecuniã mutuauit ſacramẽto pri⁹ ab eo ꝓſtito qđ nihil ex vſuris ſibi ſolutis celauit.Qđ ſi non mutuauit qdem pecuniã ad vſurã,ſed ad vſum ſuũ cõuertit vſurã tertię centeſimę det.hoc ſi locuples fuerit legatarius vel legataria. Sinautẽ minus ſoluendo fuerit: fideiuſſorem dare cogaẽ.qđ ſi nec fideiuſſores dare poſsit ſub cautiõe iu ratoria & obligatione ſuorũ bonorũ:res ei pręſtenẽ. ſtatim aũt vt ad ſcđas ꝓuenerit nuptias:res legati nomine datę vẽ-dicenẽ apud qualẽ ꝓſonã inuentę fuerint,ſiue mobiles ſint, ſiue immobiles: & oĩno vẽdicatio rerũ ita fiat quaſi aliena tio earũ ab initio facta nõ eſſet.Sinaũt pecunia numerata le-gata ſit,& legatarius neq; fideiuſſores habuerit,neq; idone⁹ ſit tũc ille à quo legatũ ei relictũ eſt,tertiã cẽteſimę ei ꝓſtet noĩe vſurarũ donec ad ſecũdas ꝓuenerit nuptias, vel ſacer-dotio fuerit cõſecrat⁹:vt nulla ſpes nuptiarũ ſupſit,vel mor tuus fuerit legatari⁹.Nã ſiquidẽ ſecũdas cõtraxerit nuptias reddat quas acceperit vſuras.Sin ad ſacerdotiũ venerit vel mortuus ſit:capiat aut ipſe ſortẽ,aut hæredes eius.Hęc aũt omnia obſeruari decet & ſi nõ maritus vxori vel vxor mari to ſed extraneus qcunq; ſub eadem cõditione legatũ relique rit.nam & hæc eadẽ teneaẽ q̃ in marito dixim⁹,& vxore ne ante facta cautio detur ſiquidẽ inſtitutio particularis ſit co hęredib⁹.Si aũt legatũ vel fideicõmiſſum relictũ ſit hęredi b⁹ vel ſubſtitutis nemine aũt ex his apparẽte:eis cautio ꝓſte-tur q̃ ab inteſtato ad ſucceſsionẽ defuncti vocanẽ:niſi forte ſpecialiter teſtator talẽ cautionẽ dari prohibuerit.nã & ĩ hoc caſu voluntatẽ eius cuſtodiri æquum eſt.

TITVLVS LXXIX.

Mulier quę ſecundas cõtraxerit nuptias quẽ-admodũ filii ſui ſucceſsionẽ capiat tã ex teſtamẽ to quã ab inteſtato loquitur in eodẽ capite: & de ſucceſsione fratrum.

SI FILIVS decedẽs in teſtamẽto ſuo matrẽ hære dem inſtituerit,ſic inſtitutio eius habeaẽ quaſi q̃ ius alius extrane⁹ defuncto hęres in teſtamẽto ſcri ptus fuiſſet.Ideoq; oĩa q̃ fili⁹ reliquerit ad matrẽ perueniãt nulla diſcretione habita vtrũ res quas fili⁹ dereliq̃t ex pater na ſubſtãtia ad eũ deuolutę ſint,an nõ.vndecũq; eĩ res ad fi liũ ꝓuenerint trãſmittanẽ ad matrẽ:nullaq; ei matri q̃ſtio ab alijs filijs ſuis, id eſt fratrib⁹ defuncti moneaẽ: qa & ſi ali⁹ extrane⁹ à defuncto filio hęres ĩſtitut⁹ eſſet:nihilomi-nus oẽs res teſtatoris accepiſſet.hoc ſi mater in teſtamento à filio ſuo hęres inſtituta eſt, nulla habita differẽtia vtrũ ad ſcđas migrauerit nuptias,an nõ.Sinaũt ĩteſtat⁹ fili⁹ đfunct⁹ eſt,& mĩ vel iã ad ſcđas migrauerit nuptias,vel poſtea mi grauerit vocẽt qdẽ & ipſa cũfrib⁹ defuncti filij ſui ad ſucceſ ſionẽ ei⁹:ſed ẽ qdẽ rerũ q̃ ex pñna qdẽ linea ad đfunctũ filiũ ꝓuenerũt tm vsũfructũ habeat mater ſi ſcđas nuptias cõtra-xerit.Si aũt res ex alia cã filio đfuncto acq̃ſitę ſunt:tũc ĩ hiſ dẽ reb⁹ ęqua portiõe cũfrib⁹ defuncti filij ſui ſuccedat & nõ ſolũ ius vtẽdi fruẽdi,ſed etiã & ꝓprietatẽ habeat in hiſdẽ rebus excepta videlicet ꝓpter nuptias donatiõe.Ea eĩ in ſu is finib⁹ regionibuſq; nullã innouationẽ ab hac cõſtitutiõe patiẽ:ſed in hoc toto notat⁹ capite ingratitudinis ratio ha-benda eſt non ſolũ ad matrẽ ſed etiã ad fratres. cauſę aũt in gratitudinis in alia inferiori conſtitutione exponanẽ.Illud aũt certũ eſt quòd hoc caput cõſtitutionis ad futuros caſus non ad pręteritos pertinet.

TITVLVS LXXX.

Si mater alienare noluerit eas res quę ad eã ex ſucceſsione filii deuolutę ſunt.

DICEAT MATRI in his rebus q̃ nõ ex paterna linea ad filiũ ſuũ defunctũ ꝓtinuerũt ſi hæres ei ex titerit & teſtari & alienare & ad quẽ voluerit mo dum diſponere. Quod ſi res permixtę fuerint tã ex paterna linea q̃ ex alijs cauſis acquiſitę,veluti ex teſtamento,ex do-natione vel ex legato vel alio huiuſmodi caſu:earũ quidem rerũ quę ex paterna linea filio defuncto obuenerunt habeat vsũfructũ.aliarũ aũt rerũ pleno iure habeat ꝓprietatẽ.hoc autem cõſtitutionis caput nõſolũ in futuris cauſis ſed etiã in pręteritis negotijs locũ habet niſi forte vel iudiciali ſen-tẽtia vel amicabili trãſactione ſopita ſint. Studeãt aũt parẽ tes filios ſuos tã ex priori mĩrimonio natos quàm ex ſecũdis nuptijs ꝓcreatos ex ęquis partib⁹ hęredes ſcribere:niſi for-tè qdam inter eos ingrati appareãt.hoc aũt magis ꝓſuaden tes quàm legi neceſsitatem imponẽtes edicimus. ¶Cauſas autem repudij in cõſtitutione poſitas ideo nõ diximus:qa in inferiore conſtitutione hoc caput pleniſsimè inueniẽ & oĩ modo ſiquidẽ ꝓtermiſſum eſt & in hac cõſtitutione quaſi

deletum

deletum vel ſuperfluũ expoſitũ non eſt. & alias ideo cõſtitutiones legere debes quas tituli tibi competẽtes oſtẽderint.

TITVLVS LXXXI.

Si quis vnum de liberis vel extraneum hęredem ſcripſerit & rogauerit eum tempore quo moreretur hęreditatem aliis reſtituere.

SI QVIS vnum ex liberis ſuis hæredẽ inſtituerit, id eſt filiũ filiãve, nepotẽ vel neptẽ, & deinceps ſiue quoſdã ex eis ſiue oẽs ſimul, & rogauerit eos vt tpe quo morianť vel poſtq̃ mortui fuerit alijs reſtituant hæreditatẽ: primũ q̃dem vnicuiq; eorũ legis falcidiæ mod⁹ p̃cipuus deducať & nõ ſupponať fideicõmiſſi grauamini. cętęras aũt partes fideicõmiſſario reſtituat integras: ita tñ vt ſi p̃pter nuptias donationẽ vxori vel dotẽ marito dare maluerit pſona fideicõmiſſo grauata, liceat ei hoc facere etiam ex alijs rebus q̃ fideicõmiſſo ſuppoſitæ ſunt, & reliquas res tñ fideicõmiſſariõ cogať reſtituere. Hæc aũt cõſtitutio non habet locũ in prętęritis ſubſtitutionibus ſeu reſtitutionib⁹, ſed magis in futuris caſibus. Nullũ aũt augmẽtũ dotibus vel p̃pter nuptias donationibus fiat ad inſidias ſubſtitutionis vel reſtitutionis. nã & ſi q̃d callidũ p̃petratũ fecerit: nihilominus reſtitutio fideicõmiſſario integra manebit poſt deductionem, ſcilicet legitimæ falcidiæ partis. Hæc aũt q̃ de falcidiæ deductione loquiť cõſtitutio, in liberis locũ habet q̃bus & pars falcidiæ deleť. q̃ ſi hæres inſtitutus ex liberis nõ ſit: cõtentus eſſe debet ex deductione dotis & p̃pter nuptias donationis: & reliquas res fideicõmiſſario hæreditarias reſtituere. dotem aũt vel p̃pter nuptias donationẽ dari lex præcipit. honeſtam, id eſt neq; ſatis modicam, vt ſit dicta hæreditas: neq; ſatis immodicam, vt ſit graui fideicõmiſſario ſed medietatis cuiuſdam moderatione moderatam.

TITVLVS LXXXII.

Si ſoluto matrimonio mulier quę ſecundas nõ cõtraxerit nuptias intra annum completum ab aliquo ſtuprata ſit.

SI MVLIER defuncto marito anteq̃ annus legitimus trãſeat, ad ſecũdas q̃dem nuptias nõ migrauerit: more aũt meretricũ ab aliquo ſtuprata cõcęperit & pepererit vt ſit clarũ id quod natum eſt defuncti mari to nõ eſſe: eaſdem pœnas patiať quas ex ſupiore cõſtitutione patitur ea quę ante tempus legitimũ ſecũdas contraxerit nuptias. ideoq; & ante nuptias donatione careat, vt nec tñ habeat ius vtendi fruẽdi alijſq; pœnis antefatis ſubijciať: & ſit ſtupri quoq; criminis obnoxia pœnis. Peius etẽ eſt ſtuprari quam ſecundas nuptias mulieres ante legitimum tempus contrahere.

TITVLVS LXXXIII.

De prefatione inſtrumentorum.

PVBLICA inſtrumẽta vel monumẽta tam ea quã quę in iudicijs cõficiunť, quã ea q̃ apud magiſtrum cenſus ſiue apud defenſores cõſiſtunt inſtrumẽta etiã q̃ tabelliones ſub quacũq; figura cõficiunt tã in Cõſtantinopolitana ciuitate, quã in p̃uincijs: hæc omnia initiũ totius ſuę ſcripturę habeãt, imperãte illo diuo Auguſto, impij anno illo. & poſt hęc inſerãť cõſulũ quoq; appellationẽ & omnẽ veterẽ obſeruantiã inſtrumentorũ cuſtodiãť. & ſi forte tempora quoq; ciuitatum prouincialium inſtrumentis ſcribi ſolitum eſt: ea conſueto more ſcribantur. hęc autem iuris præceptio à prima indictione incipiat.

TITVLVS LXXXIIII.

De literis inſtrumentorũ nõ ſcribẽdis obſcuris.

QVI ſcribunt tpa in monumentis publicis nõ vtanť literis illis veterib⁹ & obſcuris, ſed p̃ gręcas literas tempora ſcribantur ſi monumenta gręcę cõpoſita ſunt. Si autem latine monumenta confecta fuerint: latinis quidem literis tempora ſcribãtur, ſi claris literis & quę poſſit quicunq; latinus literatus cognoſcere.

TITVLVS LXXXV.

Si quis modum ſuę ſubſtãtię in ſcripturis ſuis declarauerit.

SI QVIS ſua manu cõſcripſerit vel alterius manu ſubſcripſerit ſiue in ſuo teſtamento, ſiue ſine teſtamẽto in quauis charta modũ ſubſtantiæ ſuę declarauerit, idq; fecerit oĩbus hæredibus ſuis p̃ſentibus vel oĩb⁹ abſentibus vel quibuſdã ex his abſentib⁹, q̃buſdã p̃ſentibus nõ liceat hæredib⁹ eius talem ſcripturã recuſare: nec dicere q̃d vnus ex cohæredibus res quaſdã à teſtatore relictas ſubripuit & celauit. Si enim teſtator cum ſacramento expreſſerit: nihil aliud ſibi ſupeſſet extra ea q̃ pręfata ſcriptura continẽť neceſſe habeant hæredes ſcipturam eius ſequi ſiue liberi eius ſint ſiue extranei: nec ſerui hæreditarij tormentis ſubijciaňť, neq; alia vlla p̃batio veritatis exquirať. Hoc aũt totum ius p̃tinet ad hæredes. nam creditoribus nullũ pręiudiciũ facit vox teſtatoris eiuſdẽq; debitoris. Licet eñ creditoribus omnia p̃ſcrutari & veritatẽ exquirere & ſuo cõmodo vti: ſed & hęredes neceſſe eſt ſeq ea q̃ teſtator dixerit, ſcripſerit, ſubſcripſerit vel quocũq; modo declarauerit. Cęterũ ſi vocẽ teſtatoris reprobãť, etiã hęreditatẽ eius amittant: q̃d nõ ſolũ in futuris caſib⁹ ſed etiã in adhuc pẽdentib⁹ teneat.

TITVLVS LXXXVI.

De iureiurando propter calumniam dando, vel propter dilationes petendas, vel p̃bationes.

OMNES litigatores poſtq̃ iuſiurandũ de calũnia iurauerit hoc quoq; iureiurãdo ſuo addãť, q̃ nõ dilationis nõ calũnię cã, nõ vexãdi aduerſarij gr̃a p̃batiões in tota iſta cã ab aduerſario ſuo exigẽt. nã antea in vno quoq; capitulo litis ſi litigator ab aduerſario ſuo p̃batiões exegiſſet: iurare cogebať q̃ nõ calũniæ cauſa exigit. Erat aũt grauiſsimũ in vna cauſa quã plura ſacramenta præſtare: ideoq; vnũ iuſiurandũ ſufficiat: quãuis aliqui p̃ vnaquaq; calumnia dederint vnum ſacramentum: quod nobis placet.

IDEM

QVod ſacramẽtũ calũnia fit: ita in primis q̃dẽ actor iuret: hãc litẽ quã moui calũniandi animo nõ moui: ſed exiſtimo me bonã habere cãm: nec dilatiõis, nec calũnię cã, nec vexãdi aduerſarij gratia p̃bationes in tota hac cã ab aduerſario meo nullas exigã: ſi deus. ¶ Poſtea reus ita: ego putans bona inſtantia cauſę ad cõtradicendũ p̃uenio: nec dilationis, nec calũniæ cã, nec vexãdi aduerſari gratia p̃batiões in tota hac cauſa ab aduerſario meo vllas exigam: ſi deus.

TITVLVS LXXXVII.

Vt ciues vel vicarii pro aliis ciuibus ſuis vel vicis non teneantur.

SI QVIS in aliqua ciuitate vel vico debitores habuerit, poſteaq̃ alios homines ex eadẽ ciuitate vel vico ĩ alia ciuitate nũdinarũ gratia degẽtes inuenerit: nõ audeat eos vel res eorum tenere vel alicuius debiti nomine pecuniam ab his exigere, vel pignora ab his exrorquere. Nã ſi q̃d tale fecerit: omne q̃d inciuiliter exegerit in quadruplũ reddere cõpelleť ei q̃ iniuriã paſſus eſt. ſed & ſi quã actionem aduerſus debitorẽ ſuũ habeat, eam quoq; amittat. Hoc aũt obſeruari decet cura & diligentia præſidum q̃bus grauiſsimæ pœnæ imminebunt ſi pręcepta ſaluberrima huius conſtitutionis neglexerint.

TITVLVS LXXXVII.

Vt donationes imperatori faciendę & sine monumentis valeant.

SI QVIS imperatori donare voluerit, sufficiat ei ad perfectam donationē instrumentum liberalitatis modum continens: & non cogatur hanc donationem in strumentis publicis intimare, quàmuis ducentorum aureorū quantitatem donatio facta excedat. nam nec imperatoris donatio in priuata persona facta publicis monumentis indiget.

TITVLVS LXXXVIII.

De reis ab alio loco ad alium retrahendis ex diuino nutu vel iussione maximę potestatis.

SI QVIS ex diuina iussiōe in scriptis habita vel ex calculo magistratus aliquē conuenerit, vt in alijs locis exhibeat se vel sistat: ideoq; & cautionē ab eo exegerit quod intra certum tempus in iudicium destinatum vēturus sit, posteaq; tempus quidem certum transactū fuerit, & is qdem q cautionē expolsuit præsto sit: aduersarius aūt eius, ideſt actor absit, & decem dies post certū tēp⁹ transierint: liceat reo præsenti absente actore intrare apud iudicem & docere suam præsentiam & actoris absentiam: & statim ab obseruatione iudicij absoluatur, ita tñ vt sacramentum præstet de impēsis quas impēdit tam in profectione, quàm in peregrinatione sua: & in tantam quantitatem iudex actorem condemnet. ¶ Cùm autem soleant executores litium ab actoribus cautionem exigere quòd omni modo peragant intētiones suas, si nautem nō peregerint quod pœnæ certos aureos prę̄staturi sunt: iubet constitutio calū niam passo primum quidam pœnam cautionis ab actore p̄ stari: deinde si quid pluris sit de impensis quas reus frustra fecerit: hoc calculo iudicis eidem reo præstetur sacramēto, tamen eius legitima taxatione moderato. hoc enim si ita custodiatur: iam desinant homines in aliam ludere vitam: & ideo in locis cōpetentibus hac pœna pterriti litigabūt.

TITVLVS LXXXIX.

De admonitione rerum siue de in ius vocando.

SI QVIS ex sententia iudicis admonitus fuerit: habeat post admonitionem viginti dierum spatiū vt liceat reo vel recusare iudicem, vel alium quoq; petere, vel simul ambo indicent, vel fortè id quod debent confiteri intra prædictos dies viginti. Postq̄ autē libellum accusationis exceperit: personales præstet fideiusiones, & sportulas det constitutioni nostri principis cognitas. subscribat autem & cōtradictionis libellum. tempus quoq; & diem scribere eum oportet quo libellum accusationis excipiat. Cùm autem litis cōtestatio fiet: interrogari debet a iudice si transierint viginti dies deliberationis. Hoc autē cō sideratur ex subscriptione eius quam libello inseruit. nam si intra vicesimum diem litis contestatio facta est: nulli⁹ est momenti. Si quis autem iudicem recusauerit, & alium pro eo petierit, eiusq; interim recusare maluerit quem sibi iudicem petijt: non audiatur.

TITVLVS XC.

De inope muliere quę sine dote nupta est, quę quartam partem defuncti mariti capere debet.

DIXIMVS in superioribꝰ capitulis mulierē sine dote nuptam & sine causa repudiatā à marito quartam partem substātiæ eius cōsequi oportere vsq; ad centū libras auri: hoc ipsum constituimus, id est vt quartam partem mulier capiat defuncto marito suo siue quàm plures liberos habeat, siue nō. Illud autem certum est quòd mulier siue mobiles, siue immobiles res habeat suas ꝓprias, omnimodo eas sine diminutione deducere poterit nō subiectas mariti creditoribus nisi ad hoc tantùm q̄ hæredes ei extiterint. Hæc autem omnia intelligi debēt si mulier idoneas facultates nō habeat. nam si inops nō sit, neq; dotem dedit: grauare liberos defuncti quartę partis exactionē non debet. nam nec maritus qui nullam donationē propter nuptias dedit aliquid ex substantiæ suæ vxoris lucrabitur, nisi forte legatum ei relictum est à muliere, vel mulieri à marito. hoc enim qđ relictū est, omnimodo capiat siue inops sit, siue non. quòd si inopi constitutæ mulieri maritus suus legatum relinquat minoris quantitatis quàm portio quarta fiat, suppleat id quod minus dedit.

TITVLVS XCI.

De iis qui ex libera matre & ascriptitio patre nati sunt.

CONSTITVTIO est imperatoris nostri in vndecimo libro Codicis posita quæ iubet eum qui ex libera matre & ascriptitio patre natus est ingenuum esse. eam igitur cōstitutionem præsens promulgatio iubet obtinere in ijs tantummodo casibus qui post constitutionem illam contigerint. qui autem ante illam emerserint: antiquo iure dirimantur.

TITVLVS XCII.

Si venerabilis locus cum alio venerabili loco permutationem facere voluerit.

SI ECCLESIA cum ecclesia vel ptocotrophium cū ptocotrophio, vel monasteriū cū monasterio: & vt simpliciter dixerim: si venerabilis locus cum alio loco venerabili rerum immobiliū ꝑmutationem facere maluerit: & hoc quasi fieri ꝓfit: vtriq; loco liceat primatibus eius permutare decreto tñ prius celebrato cū omni subtilitate & iureiurando apud locorum metropolitanos rei disceptatione præcedente vt ipsi deliberēt an ambabus partibus prosit permutatio rerum immobiliū, & nō indigeat res speciali diuina pragmatica forma. Ex huius autem legis excipiatur licentia magnæ Constātinopolitanæ ciuitatis ecclesia. nullam enim rem immobilem alienare permittatur quemadmodum ante non permittebatur.

TITVLVS XCIII.

Vt liceat venerabilibus locis perpetuos inter se facere.

LICEAT ecclesijs & alijs venerabilibus locis perpetuos inter se contractus emphyteuticos facere decreto scilicet antea celebrato: dū tamen ita fiat emphyteusis vt ad priuatam personam omnimodo non extendatur: sed ex huius legis licentia excipiatur magna Constantinopolitana ecclesia quemadmodum in anterioribus constitutionibus.

TITVLVS XCIIII.

Si ecclesiam

Si ecclesiam suam clerici dereliquerint.

SI CLERICI ab ecclesijs suis destiterint: alios clericos in locũ eorum subrogari oportet, vt scilicet annonas & dona ecclesiastica q̃ illis præstabantur accipiant. & si postea destitores redierint: nihil eis pręstet: quia annonæ eorũ & dona alijs clericis p̃ ipsis subrogatis præstitæ sunt. Omnibus enim modis subrogatis clericis annonas eorum pręstari debet. nam neq; destitoribus aliqd ab ecclesia dandũ est, neq; ad lucrũ œconomorũ vel aliorum q̃ administrant cedere. Si enim subrogati clerici prædictas annonas nõ acceperint: ipsi qui solent administrare eas de sua substantia dare eis coganť. nam & si quas habent proprias possessiones: iubet cõstitutio vt ex ijsdem possessionibus certa prædia deputentur ex quorum reditu subrogatis clericis aunonæ præstentur.

TITVLVS XCV.

De eo qui ecclesias ędificat vel annonas clericis donat.

SI QVIS ecclesiam ædificauerit, aut clericis ex substantia sua annonas dederit: nõ liceat ei quos voluerit clericos in eadem ecclesia facere. sed si voluerit quosdam ibi cõsecrari: offerat eos beatissimo patriarchæ & ille si viderit eos dignos consecret. & si non probauerit arbitrio suo: reijciat.

TITVLVS XCVI.

Si quis in domo sua oratorium habuerit.

SI QVIS in domo sua oratorium habuerit, nõ audeat in eum sacra mysteria facere nisi clericos catholicæ fidei habuerit deputatos ex iussione religiosissimi episcopi illi⁹ ciuitatis vel beatissimi patriarchæ. Si qs aũt aduersus ea fecerit: domus eius fisci iuribus vẽdicetur: & sit sub indignatione principis. & si præfectus prętorio postquam hæc cognouerit nõ prohibuerit: quinquaginta librarũ auri pœna multeť: & apparitor eius simili pœnæ subijciatur. nulla autem inuidia est vnumquenq; christianũ in proprijs ædibus oratoria habere, & in his orare, & psallere. sine clericis missa non fiat.

TITVLVS XCVII.

De creditoribus qui debitoribus morientibus imminent.

SI QVIS debitorem suũ egrotantem vel periclitãtem molestare voluerit p̃ debito suo: non liceat ei hoc facere: cùm neq; vxori eius, neq; liberis aliquẽ inquietudinem inferre permittit: neq; signa ædibus eius imponere: nisi post mortem debitoris lite cõsistente iudicialis calculus p̃latus fuerit, & legitima ordinatio sequuta sit. sed neq; mortuo debitore deductionẽ eius funeris impediat. Si enim tale aliqd ppetrauerit: suis actionibus cadat siue iustã habeat intentionẽ, siue nõ. & nõ solũ debitã sibi quãtitatem amittat, sed etiam aliã hæredibus eius pro iniuria defuncti p̃stare cõpellať. & nõ sufficiũt istæ pœnæ: cùm & tertia pars bonorũ eius publiceť, & ipse infamia noteť. hæc aũt omnia in Cõstãtinopolitana ciuitate cura & diligentia custodianť tam p̃fecti vrbis quàm p̃fecti p̃torio. magistratus quoq; officiorũ in his vigilare debet, & apparitores oẽs eorũ. In p̃uincijs aũt p̃sides ea obseruabũt & alij magistratus siue ciuiles sint, siue militares. qđ si neglexerit magistrat⁹ qđẽ impialis vrbis cũ suis apparitoribus viginti librarum auri pœna mulctabũtur. prouinciarum autem magistratus quinque librarum auri pœnæ nomine dare cogantur.

TITVLVS XCVIII.

De iure propter nuptias donationum.

SI QVIS donationẽ p̃pter nuptias mulieri cõscripserit siue p̃ se, siue p̃ alio: siue pater p̃ filio suo, siue mater: siue cognatus p̃pter cognatũ, aut quis extraneus pro alio donationẽ propter nuptias cõscripserit, in qua etiã res immobiles sint: nõ liceat marito aliquã rẽ de rebus immobilib⁹ alienare, vel hypothecæ titulo obligare: nec si cõsenserit ĩ alienatiõe vel hypotheca mulier. sed si qd cõtra hãc legẽ factũ scriptũvé fuerit: hoc p̃ infecto sit, & p̃ nõ scripto habeať: nisi forte obseruatio illa custodiatur q̃ de intercessionib⁹ fœminarũ ĩ quarto Codicis libro posita est titulo ad senatusc. vell. id est vt post primũ consensum trãsacto biennio aliud instrumentũ à muliere cõscribať in quo se fateať priorẽ cõsensum suũ cõprobare: alioquin prior cõsensus nulli⁹ momẽti est. immo etiam si secũdo cõsensu priorẽ voluntatẽ post bienniũ cõfirmauerit: nõ omnimodo valebit: sed ita demũ si ex alijs mariti facultatibus satis eidẽ mulieri fieri possit in donatione p̃pter nuptias. alioq̃n nec secundus nec tertius cõsensus lædere mulierẽ poterit. Hæc aũt dicimus nõ solũ in donatione p̃pter nuptias, sed etiã in dote si quas res dotales alienare vel obligare maritus voluerit. emptores aũt & creditores q̃bus res alienatæ vel obligatę sunt, nullã iniuriã patianť. nã qđ ad mulieres p̃tinet, actionib⁹ careať suis. & tñ aliæ mariti facultates & ipse maritus necessario eis p̃manet obligatus. Hæc aũt cõstitutio p̃rogatiuis dotiũ nullũ præiudiciũ facit. nã prærogatiuas datas integras in esse dotib⁹ cõstitutio iubet. ita tñ si de dotib⁹ actiones mulier moueat. Alijs enim p̃sonis priuilegiũ in actione dotis nec antea datũ est nec modo datur. Ea autem constitutio non in præteritis sed in futuris casibus valeat,

TITVLVS XCIX.

Qui ecclesiã vel oratoriũ fabricare voluerit.

NVLLVS audeat ædificare ecclesiam vel oratoriũ antequam ciuitatis episcop⁹ veniat, & vota faciés sanctissimã crucem infixerit in eodem loco publicè p̃cedens, & rem omnibus manifestam faciat. vnusquisq; autem ante ędificationem loquať episcopo & pręfiniat modum qui ad luminaria & sacrum ministeriũ, & custodiam oratorij, & alimonias eorũ qui ibi seruiunt, sufficiat. & si hæc sufficientia visa fuerit: faciat prius donationem eorũ, posteaq; domũ ædificet. Si autem ea quæ ab eo p̃finita sunt nõ sufficiant ad construendũ oratoriũ: æquũ est vetera oratoria, quę forte ruinam minantur, reparare cum arbitrio religiosissimi episcopi ciuitatis.

TITVLVS C.

Si episcopus ab ecclesia sua per multum tempus defuerit.

SI EPISCOPVS per multũ t̃p̃s ab ecclesia sua defuerit, & in alijs locis degerit: œconom⁹ aut ecclesia eius impensas ei nõ administrẽt. nam tales inanes sumptus melius est in ecclesia esse & in alias res ad pietatem p̃tinentes pręstare. teneantur autem in talibus episcopi etiam ea quæ prioribus sanctionibus cauta sunt, seruare.

TITVLVS CI.

De alienatione rerum immobilium ad ecclesiam pertinentium.

SI ALIENATIO immobilis ecclesiasticæ rei celebrata sit: decretum quidem omnibus modis procedat secundùm supradictam cõstitutionem. Adesse autem decreto debet non solùm episcop⁹ & clerus eius cuius prædium alienare desiderat: sed etiam metropolitanus archiepiscopus cum prædicta obseruatione: & duo episcopi consilio eius adsint.

Liber ſecundus nouellarum.

TITVLVS I.
De iuriſdictione prę̃ſidum prouinciarum.

HAEc cõſtitutio iubet vt oẽs Romani tam in ciuilibus quàm in crimi nalibus cauſis vni præſidi prouinciarũ ſubijciant̃: & nemo in aliqua cã obnoxius priuilegiũ prę̃ſidi ꝓuinciæ opponat: quaſi nõ ei ſubiectus ſit, niſi ſpecialiter pragmatica ſanctio prolata duci eum duxerit. Ideoq; ſiue de dominio alicuius rei, ſiue de agrorũ finibus, ſiue de hypothecis, ſiue de nuda poſſeſsione, ſiue de alia quauis pecuniaria vel criminali cauſa litigium inter partes emerſerit: nõ liceat reo priuilegiũ ſuũ opponere præſidali iudicio ſiue ex imperialibus liberis, ſiue ex maioris iudicis iuſsione: ſed omnib⁹ modis in eo loco pulſetur vbi aliquid egerit vel admiſerit ſiue de maxima re, ſiue de minima, quæratur veluti de gallina. quãuis enim minima videatur hæc res eſſe: attamen iuſtitiæ ratio nõ ex quantitate ſed ex ſuis regulis debet æſtimari. nam & qđ alijs villiſsimũ eſſe videt̃, hoc etiã alijs quàm pretioſiſsimũ eſt. & omnino ſiue bouem ſiue aliã quãcunq; rem alicui ſubripuerit, in eadem prouincia pulſetur vbi tale peccatum admiſit. nam & probationis copia in externis locis non ſimilis agentibus eſt.

TITVLVS II.
De prę̃ſentibus reis.

HÆC QVIDEM dicimus ſi vtraq; pars in præſentia ſit vt in eodem loco modis omnibus res diriman̄ in quo aliquid admiſſum eſt. quod ſi actor quidem prę̃ſto ſit, reus autem abſit ſed actores ipſius vel ꝓcuratores vel cõductores aliquid egerint vel dereliquerint: ille quidem qui fecit modis omnibus accuſetur: ipſum autẽ litigium maneat in ſuſpenſo donec de rerum dominio cauſa fuerit declarata. tempus autem dilationis ex locorum ſpatio dari debet. nam ſiqdem vna vel duab⁹ ꝓuincijs interpoſitis dominus rerũ in ꝓximis locis degat: quatuor menſes ad dilationẽ ſufficiunt. Si naũt in longinquũ abſit veluti in Paleſtina vel in Ægipto octo menſiũ dilationẽ dari oportet. Si naũtí Italia velí Africa moret̃: nouẽ mẽſes ſtatui debẽt. Eadẽ dicim⁹, & ſi in arthogis locis prícipalis ꝑſona degat.

TITVLVS III.
De abſentibus reis.

PT ſiquidem rerũ dñs illi cõmiſerit cãm qui apud eũ retulerit neceſſe eſt vt ipſe q ꝑſens eſt, pulſetur abſentis dñi nomine. Si autem alium litigare maluerit: hoc ei liceat facere, dũtamẽ ꝓcurator ipſius defendat cauſam, & modis omnibus impleat qđ iudex iudicauerit: niſi ꝓuocatio ſit ſubſecuta aut aliter definita, aut amicabiliter ſopita. qđ ſi dño qdem rerum manifeſtet̃ cauſa: ipſe aũt venire neq; aliũ mandare curauerit: tũc prædicto tpe tranſacto, is qui accuſatus eſt, litiget: & ſi reus apparuerit, cõdenetur, ſcilicet & domino rerũ eandẽ condemnationẽ ſubituro, ſi ipſe quoq; obnoxius ſit. & ſiqdem ſoluendo ſit is q accuſatus & condẽnatus eſt: ipſe iudicato ſatisfaciat. Enimuero ſi ſoluendo nõ ſit: ex rebus domini abſentis qui nec venire nec mãdare alicui voluit, ſolui actori æquũ eſt. Quòd ſi reus prę̃ſens poſt accuſationem euaſerit, & neq; dominus rerũ venerit, neq; ꝓcuratorem tranſmiſerit: tũc ex vna parte iudex audiat cauſam ſi ſolet & in eremodicijs fieri, ſcilicet & ipſo reo ꝑ præconem vocato. & ſi in eadẽ abſentia ꝑſeuerauerit: condemnet̃. qđ ſi actor in abſentia ſit domino rerum ꝑſente vel procuratore miſſo: tunc omnia detrimenta quæ fruſtra reus paſſus eſt, actor ei reſtituat.

TITVLVS IIII.
De fori prę̃ſcriptione tollenda.

NVLLVM priuilegiũ eximere reũ prouinciali iudicio volumus, niſi ſpecialiter noſtrã pragmaticam ſanctionem produxerit quę propter publicas cauſas in hanc regiã eũ ciuitatẽ reuocauerit: vel ſi ex lege hoc fiat veluti ſi ꝓuocationem ꝑſidi prouinciæ porrexerit & ꝓpter hæc in iſta imperiali ciuitate litem audire oportet quãuis de minoribus cauſis apud maiores iudices prouinciarum prouocationes exerceri conſtituimus: niſi fortè cauſa principalis in hac ciuitate quàm uis minima ventiletur: tũc enim in hac ciuitate non in prouincijs prouocatio ventilet̃.

TITVLVS V.
De fori prę̃ſcriptione deneganda.

NVLLA aũt ꝑſona priuilegio aliquo vtatur ad fugiendos ꝑſidis laqueos, quãuis eccleſia ſit, vel xenodochiũ, vel oratorium, vel quis alius loc⁹ q pietatis cauſa colit̃. Idem iuris eſt ſiue fiſcus, ſiue patrimonium fiſci, ſiue alius quiuis diuinis titulis pulſet̃: & multo magis ſi potẽtis hominis ꝑſona in iudiciũ fuerit euocata: quãuis priuilegiũ ex ſacro oraculo prætẽdat: niſi qđ diximus, pragmatica ſanctio in hac ciuitate eum reipublicæ cauſa reuocauerit. ¶ Hęc autem conſtitutio nõ ſolùm in futuris, ſed etiam in præſentibus cauſis locum habeat.

TITVLVS VI.
Si quis prę̃ſentem conſtitutionem neglexerit.

SI QVIS aũt præſes ꝓuincię cõſtitutus ꝑſentẽ legẽ cuſtodire neglexerit: nõ ſolũ magiſtratu ſuo eijcia tur: ſed etiam decem librarũ auri ſubeat pœnam.

TITVLVS VII.
Qui tutores vel curatores pupillo vel adoleſcenti dari poſsint.

NVLLI tutori vel curatori liceat nomina contra pupillũ, vel eum cuius curationẽ gubernatiura ſucceſsiõis in ſe tranſferre ab aliquo ſiue pretium pro actione dederit, ſiue non. IDEM.

NEMO qui dicit ſe obnoxium habere pupillũ, vel eum qui curatore eget, tutor aut curator ipſe creetur. Sic is qui manifeſtè obnoxi⁹ impuberi, vel ei q̃ cura indigeat, fuerit: tutor vel curator nõ fiat. ¶ Quòd ſi q̃s tutor cõſtitut⁹ aut curator, neq; obnoxiũ habeat eũ cuius negotia gerit, neq; obnoxi⁹ ei ſit: poſtea autẽ ad eum hęreditas deuoluta ſit quę debitorẽ vel creditorẽ memoratę ꝑſonę eũ faciat: tũc alius tutor vel curator ei adiũgatur, q̃ cuſtodiet eũ: & hoc ipſum iuret ſacramẽto quòd nec malicię tutoris vel curatoris fauebit: ne pœnę ſubijciat̃. Ne autẽ vnuſquiſq; dicẽs ſe creditorem impuberis eſſe, vel fortè adoleſcẽtis ab onere tutelæ vel curationis facilè excuſet̃: ſancim⁹ nõ aliter eũ recipiẽdum eſſe niſi manifeſtè ꝓbauerit creditorem ſe eſſe impuberis, vel fortè adoleſcẽtis, vel res eorũ ſibi obnoxias eſſe, vel parentes. quòd ſi res in incerto ſit: tũc ſacramẽtum ꝑbeat q̃ ideo tutelã vel curã recuſat: qa re vera ſuũ debitorẽ eſſe pupillã vel fortè adoleſcẽtem exiſtimat. tũc emñ & ſi voluerit nõ admittat̃ ad tutelã vel curationẽ cuiuſcũq; ꝑſonę: quãuis tutor legitimus ſit. ¶ Quod ſiquis aduerſus ea quę tutor vel curator creari paſſus fuerit, ſiquidem obnoxium impuberem habeat, vel fortè adoleſcentem actionem quã habet amittat. Si autẽ ipſe obnoxius fuerit: nõ liceat ei dicere q̃ tempore quo tutelã vel curationẽ gerebat ſolutionib⁹ vel comentijs liberationibus actione ſolutus eſt. IDEM.

Nulli

NVlli tutori vel curatori liceat, sicut prædiximus, nomina cõtra pupillũ vel fortè adolescentem redimere & celsiões aduersus eũ impetrare quiuis iam desijt tutor vel curator esse: sed omnimodo hoc qđ factum est, pro infecto habeat, ita vt pupillus qdem vel fortè adolescens omnimodo securitatem habeat, & nulla teneat actione. Tutori aũt vel curatori non liceat contra eum redire qui nomina ei cesserit eodem iure obtinente: & si postquã tutor vel curator desijt esse cessiones nominũ impetrauerit. ¶ Hæc autem omnia de omnibus curatoribus posita sunt nõ solùm adolescentium, sed etiam prodigorum, vel furiosorũ vel mentecaptorum, vel si quid aliud aut lege expressum est, aut natura inueniatur.

IDEM.

NEmo tutor vel curator cõpellatur pecuniam impuberis vel fortè adolescentis mutuã dare, sed liceat ei sterilem eam in tuto deponere. Nam melius est sortem impuberis vel adolescentis conseruari, quàm vsurarũ cupiditate etiam sortem amittere. Si autem sponte sua tutor vel curator mutuauerit, fortè sub pignoribus vel sub alia indubitata cautela tunc habeat quidem per singulos annos mẽsium relaxamentum. sciat autem quòd periculum sortis ad ipsum pertinebit.

IDEM.

SI pupillus redditus habeat sibi sufficiẽtes: eos tutor impendat. Si autem ampliores reditus habeat quàm sumptus: tunc id quòd superfuerit deponatur. Quod si substantia impuberis immobilis sit: tũc id tantùm tutor mutuare debet qđ sufficiat ad administratiõem pupillariũ rerum. quòd autem superfluũ sit, deponatur. Eademq; dicimus & de curatoribus omnium personarũ. Licebit autem tutori vel curatori subtiliter inquirere si quem reditum cõparare pupillo vel fortè adolescenti possit ex superflua pecunia, vt & tributa leuia sint, & vẽditor locuples, & reditus fertilis. Sciat autem quòd si aduersus ea comparauerit: negligentiæ periculum ad eum pertinebit. ¶ Quòd si pecuniã tãtam habeat pupillus vt ex ea administrationes rerũ ipsius solummodo explicentur: tũc mutuare tutor vel curator eam debebit cum cogitatione cælestis iudicij. Nam & ab initio antequã administrationi se immisceat tutor vel curator: cuiusuis personæ sacramentum dare compellitur per diuinas scripturas qp omnia gesturus est quæ pupillo cõmoda esse putauerit. eadem dicimus & de ijs qui curationem gerunt.

TITVLVS VIII.

Quomodo depositum caute poni potest.

SI QVIS depositum alicui dare cautè voluerit, necessarij sunt ei tres testes. nam literæ depositarij sole nõ sufficiunt depositori ad plenissimam depositi dati probatiõem. testimonia aũt sic exhiberi oportet vt dicant testes quòd in præsentia sua vel susceptum est depositum, vel quòd depositarius se susscepisse cõscripsit. Idem est & si non scriptis: tamen tres adhibiti fuerint testes idonei veritate.

TITVLVS IX.

Quomodo sine tabellione instrumentum cautè fiat.

SI QVIS sine tabelliõe cõponere instrumentũ maluerit siue de mutuo, siue de depositio, siue de alia quacũq; causa tres testes adhibeat. alioquin literæ ipsius solæ & cõparatio earum credendæ nõ sunt. Nulla autem differẽtia est vtrum subscripserint testes an præsentibus ipsis instrumentum compositum sit.

TITVLVS X.

Si literarum fides a voce testium discrepet.

SI INSTRVMENTVM prolatũ fuerit, & literę qdem Titij esse nõ videãtur, testes aũt dicant Titium eas scripsisse iurati, scilicet testimoniũ eorum facile reprobari nõ oportet, sed tñ ad sapiẽtiã iudicis ptinet vt ea q̃ verisimiliora magis putauerit eis maiorẽ p̃beat fidẽ.

TITVLVS XI.

De contractibus incaute compositis.

SI QVIS instrumentis cõponendis adhibere prædictam obseruationẽ neglexerit, vel deposuerit, vel mutuauerit alicui sine testium præsentia: solis literis debitoris credens incautè quidem faciurus est, sed tã tùm si per sacramentũ vel per confessionem debitoris veritas manifesteturid quod dedit exigere non prohibeatur.

TITVLVS XII.

Quomodo tabelliones caute debeãt instrumẽta componere.

INSTRVMENTA quoq; quæ apud tabellionẽ cõponuntur subscriptiõe testiũ, sicut dictum est, muniri præcipimus ante cõpletionem à tabelliõe insertam. ¶ Iudices autẽ nõ tãtùm ex cõpositione literarũ falsitatem reprehendãt sed etiam ex comparatione notarij.

TITVLVS XIII.

De comparatione literarum.

COMPARATIO literarũ, sicut supra diximus, sine testiũ cõfirmatione nõ sufficiat ad veritatis p̃bationem. Si autem omnes testes mortui sunt cũ tabellione vel fortè in absentia tabellio est: tũc ille qdem q̃ instrumentũ p̃ducit sacramentũ prestet qp nullius malitiæ cõscius est in illo instrumẽto cõmissæ. Cõparatio aũt literarum p̃ter necessitatẽ causæ sine impedimẽto secundũ pristinũ morem p̃cedat. qp si tebellio & viuit & p̃sens sit iuratus testimoniũ suũ de fide instrumenti, & ille viuit & p̃sens est & nullo morbo vel alia iusta causa impediat in iudiciũ venire: p̃beat ipse quoq; testimoniũ. Ite si p̃ titiũ pecunia numerata est, & ipse veniat & sacramentũ p̃beat q̃ neq; numeratorẽ habeat instrumentũ, & oẽs testes mortui sunt vel in absentia fuerint, vel alia iusta causa impediant̃ venire in iudiciũ: solus aũt tabellio & viuit & venit testimoniũ ipsius p̃babile sit, ad fidẽ instrumenti ptinens: vt nec cõparatio literarũ necessaria esse videat̃. Quòd si tabellio mortuus est: fiat qdem cõparatio literarũ eius, & veniat tã ministeri ipsi⁹ p̃ quẽ instrumẽtũ cõpositũ est qp numerator pecuniæ, scilicet si nõ absens est. Si verò simul mortui sint vel in absentia fuerint: alij testes p̃ducant̃. & si hoc facilè nõ fit: tũc ad cõparationẽ literarũ iudex pueniat vt nõ solũ cõpletiões literarũ à tabellione factę cõparent̃, sed etiã aliæ literę tã principalis p̃sonæ quàm testiũ in cõparatione deducant̃, vt ex multis cõparationib⁹ literarũ fides veritatis illucescere possit. Si naũt nullũ aliud ad veritatẽ p̃bandã superfit quã cõparationes literarũ: tũc illud teneat qp vsq; ad hoc tempus obtinuit vt q̃ instrumentũ p̃ducit legitimũ sacramentũ subeat qp nulla malitia vsus est: sed & his q̃ fidem instrumẽti exigit de dolo & calumnia iusiurandũ subeat. is aũt omnibus necessitatibus homines liberant̃ subactorũ testificatione instrumenta intimẽt̃, & ibi testes & aliæ p̃sonę suis depositionibus contra ctum roborent. ¶ Omnia aũt qdem cõparationibus constituimus ad illis instrumentis faciendis q̃ sine tabellione cõpositalunt maneãt in eadem firmitate durantia. illa quoq; iura quæ de imperitis literarum in iudicijs probata sunt, in concussa permaneant.

TITVLVS XIIII.

Imperiti literarum quomodo debeant instru-

menta componere.

SI INSTRVMENTVM imperitus literarũ cõponere maluerit,neceſſari⁹ erit tabularius ſi in illo loco tabularij ſunt ſed & teſtes nõ min⁹ quinq; ſcientes eum imperitũ literarũ & ab eo cogniti & poſtquã imperitus ſanctam crucem fecerit, vel paucas literas vnus ex hiſdem quinq; teſtibus pro eo ſubſcribat:omnes autem quinq; teſtes ſubſcribere debent quod & præſentibus eis & cognoſcentibus imperitum omnia proceſſerunt.

TITVLVS XV.

De contractibus ſine ſcripto compoſitis.

HÆC AVTEM omnia de his contractibus dicimus q̃ ſcriptura interueniente fiunt.alioquin ſi ſine ſcriptura aliqui contraxerint:liceat eis vel teſtimonijs vel iuriſiurãdi religiõe veritatẽ manifeſtare ſcilicet actore q̃dem teſtes ꝓducente,reo aũt vel iurãte vel iuſiurãdum referente ſecũdum hoc q̃d iudex æſtimauerit.¶Huius cõſtitutionis obſeruatio in his cõtractibus locũ habet qui ſunt vltra quantitatem libræ auri. nam vſq; ad libram auri priſtinum morem ſeruari iubemus.¶Huius cõſtitutionis vſus in ciuitatibus locũ habet.Si enim inſtrumentũ invico compoſitum ſit:cõſuetudo pro lege habeatur. ruſticorum enim ſimplicitatem & in teſtamentis faciendis nõ reprobauimus,quàmuis alias ordinationes teſtamentorum ſumma ſubtilitas exigatur.¶Hæc conſtitutio in futuris inſtrumentis & contractibus valet:nã præteritæ cauſæ prioribus legibus diriguntur.

TITVLVS XVI.

Quomodo naturales filii legitimi fieri poſſunt.

SI QVIS cum libera muliere cõſuetudinẽ habeat non affectione maritali & ex ea liberos naturales fecerit,eoſq; velit filios legitimos & in poteſtate ſua habere:liceat ei cũ matre eorum dotalia inſtrumenta cõponere.nam filij qui antea naturales erant poſt compoſitionem dotaliũ inſtrumentorũ,ſui & in poteſtate patris efficiũtur,ſiue poſtea nati filij viuant,ſiue mortui ſint,ſiue omnino nullus alius ꝓcreatus eſt ſicut in Inſtitutis & in Codice dictum eſt.Quo ſi antea quàm dotalia inſtrumenta fiãt mater cõcuba deceſſerit,pater autem naturales filios ex ea ſuſceptos facere legitimos velit: adeat imperatorem cũ precibus & expoſcat vt ſibi liceat legitimum nomen eis imponere & natalibus ſuis eos reſtituere, quemadmodum libertini natalibus reſtituunt̃.Principe enim annuãte ſupplicationibus patris neceſſe eſt vt liberi legitimi fiant,quamuis dotaleinſtrumentũ nullum cum matre eorum iam mortua compoſitũ ſit.Idem dicimus & ſi filios naturales pater diligat: matrem autem odio habeat:quia in corpus ſuum peccauit. nam ſi ea cauſa ſit,& noluit cum ea nuptias contrahere:licebit ei prædicto modo filios naturales legitimos facere. Itẽ ſi liberi naturales matrem ſuam cęlauerint ne dotalibus inſtrumentis cũ ipſa factis in poteſtate patris efficiant̃,& vſus fructus rerũ ad eos pertinentiũ patri acquiratur:ſi talis dolus factus fuerit,liceat patri prædicto modo preces imperatori porrigere,& filios legitimos facere,& in poteſtate ſua eos redigere.Eadem dicimus & ſi iuſta cauſa dotalia inſtrumenta impediat. Pone enim patrem naturalem diaconum vel preibyterum factum eſſe vt ducere non poſsit vxorem. q̃d ſi pater non potuit in antefactis caſibus imperatori ſupplicare:liceat in teſtamento ſuo legitimos ſucceſſores ſibi ſcribere filios naturales.attamen illi poſt mortem parentis ſupplicent imperatori & teſtamentum patris oſtendant & principe annuente intantum capiant paternam hæreditatẽ inquantũ ſcripti ſunt.aliter enim legitimo nomine nõ fruãtur.Hæc autem omnia quæ modo dicta ſunt tunc habeant locum cùm nulla alia legitima proles vel antea vel pœna patris ſuperſit.legitimis enim filijs natis nõ aliter naturales legitimi fiant niſi dotalia inſtrumenta pater cum matre eorum conſcripſerit.

TITVLVS XVII.

Qui non ſine dotalibus inſtrumentis nuptias contrahere poſſunt.

NEMO dignitate decoratus ſenatoria ſine dotalibus inſtrumentis & antenuptiarum donationem nuptias cõtrahat.alioquin filij qui ex tali copulatione nati fuerint nõ erũt legitimi,ſed magis naturales.alij autem qui militijs honeſtioribus decorantur vel negotiationibus vel quibuſdã artibus laudabilibus prædĩti ſunt, & ſine dotalibus inſtrumẽtis & antenuptias donatione copulent̃, ſed nõ citra ſcripturæ cautelã.debẽt enim hoc ipſum defenſori eccleſiæ vel oratorij dicere vt & ille adhibeat tres vel quatuor clericos ad teſtimoniũ & cõſcribatur charta qua declaretur dies quo imperatore vel cõſule vel menſe conuenerint ille & illa,in illo loco oratorij quo copulati ſunt,& ſubſcribant defenſores eccleſiæ.& ſiquidem velit chartulã accipere vel ambo vel vnus ex his præſtetur eis.quòd ſi noluerint:deponatur in ſancto oratorio,vt poſtea ſi opus fuerit,producatur ad probationem nuptiarũ, vt etiam proles ex hac copulatione procręata legitimo nomine perfruatur. Si autem viliſsimi homines matrimoniũ cõtrahere velint, liceat eis ſine ſcriptura hoc facere.Idem dicimus & de ruſticis hominibus & de militibus qui in armis occupati ſunt.

TITVLVS XVIII.

Quomodo filii naturales non poſſunt fieri legitimi.

FILIOS naturales antea quidem licebat patribus ſibi per adoptionẽ legitimos facere:ſed diui Iuſtini conſtitutio hoc prohibuit quod noſter imperator in ſuo ſtatu manere iubet.¶Si qs diuinis tractus euangelijs iurauerit mulieri legitimã ſe vxorem habiturũ, vel ſi in oratorio tale ſacramentum dederit:ſit illi legitima xor, quàmuis nulla dos,nulla ſcriptura alia inter poſita ſit.& ſi liberos nõ habuerit mortuo marito,quartam partem ſubſtãtiæ eius accipiat,ſecundùm conſtitutionem noſtri imperatoris.& ſi eam de domo eiecerit quãuis ſine repudio hoc fecerit.Quòd ſi liberos procreauerint:legitimi eſſe videãtur. & ſi alijs nuptijs contractis legitimos filios pater habuerit: omnes ſimul legitimum nomen habebunt.

TITVLVS. XIX.

Qui ſunt legitimi filii vel naturales vel vterini.

ERGO ſiquidem ex huius matrimonijs filij naſcantur legitimi erunt.Si autem aliter aliquis filios habuerit:naturales erunt: & tam ex teſtamẽto quàm ab inteſtato patri naturali ſuccedunt ſecundùm obſeruationem conſtitutionum principis noſtri,ſcilicet ſi nõ ex dãnata copulatione nati ſunt.tales liberi neq; legitimi neq; naturales appellantur:nec omnino parenti ſuccedunt.

TITVLVS XX.

Si preſes prouincię ſupplices prouinciales cõtempſerit.

SI QVIS propter ciuilem vel criminalem cauſam præſidem prouinciæ adierit,& ille contempſerit actorem vel alio modo cauſam cognoſcere ſecundum leges

dum leges cõtempserit: liceat actori supplicare ciuitatis episcopo & hoc ipsum in querimoniã deducere vt ipse religiosus antistes vel ipse ad præsidem veniat vel suos homines mittat p quos cõpellere præsidem sine dilatione & iniuria litem dirimere possit. Quòd si tanta imprudentia rector prouinciæ teneatur vt nec episcopo nec clericis imminẽtibus iustitiã sequat: tunc liceat episcopo si voluerit actorem nostrã pietatẽ venire & preces fundere dare ei literas per quas nobis declaret superbia atq; iniuria præsidis. Nos enim & actori medebimur & p̃sidi cõpetentẽ vindictã imponemus.

TITVLVS XXI.

Si præses prouincie iniuriam fecerit.

SI QVIS à præside prouinciæ iniuriã passus fuerit: adeat ciuitatis episcopum vt si arbitrio eius p̃ses cõdemnatus sit, satisfaciat homini iniuriã passo. sinautem hoc facere noluerit, & veniat ad nostras pijssimas aures, siqdem iustã sententiã religiosi episcopi ciuitatis cõprehẽdamus vltimis supplicijs præsidem affici iubem⁹. Sin autem innocentẽ eum inueniamus: necesse est vt nullum responsum calumniosus actor accipiat.

TITVLVS XXII.

Si cui præses prouincię subscriptus fuerit.

SI CVI præses prouinciæ suspectus esse videatur & litigare apud eum solùm noluerit: liceat ei episcopum inuocare, vt cum eo considente litem audiat & vel amicabili cõpositione litigatores transigere faciant, vel monere parasemios eos audiant, id est naturaliter: ita tamen vt sententiam legibus consentaneam imponant.

TITVLVS XXIII.

De officio defensorum & episcopi audientia.

IN CIVITATIBVS in q̃bus præsides præsto nõ sunt adeant litigatores defensores ciuitatis, & illi audiant causas. Sinautem episcopum iudicare sibi maluerint: hoc quoq; fieri iubemus.

TITVLVS XXIIII.

De prouincialibus qui temere in Cõstantinopolitana ciuitate fuerunt.

SI QVIS nõ adito præside prouinciæ & sine literis episcopi in hãc venerit ciuitatem, & de aliqua cã nos molestauerit: sciat se tales pœnas subiturũ quales passurus erat p̃ses p̃uincię si aditus eũ contẽpsisset.

TITVLVS XXV.

De officio taxeotarum.

IVRENT officiales præsidũ vt lites subiectorum dirimant, & nõ suscipiant sportularũ nomine nisi inquantũ nostra constitutione iubetur. quòd si hi contra hoc fecerint: vltimis supplicijs subijciantur.

TITVLVS XXVI.

Si episcopus gratia p̃sidis supplices cõtẽpserit.

SI EPISCOPVS propter gratiam præsidis supplices contempserit: ex sacris regulis pœnæ subiiciat.

TITVLVS XXVII.

De episcopis.

NEMO nec episcopus nec clericus sine literis patriarchæ episcopi ad hanc sanctissimam ciuitatem veniat.

TITVLVS XXVIII.

De substantiis monachorum vel asceteriorum.

SCIMVS in superioribus cõstitutionẽ esse relatã qua cauet vt quicunq; vel quęcunq; monasterium intrant manendi causa videantur substantias suas monasterio cõsecrasse. nam ante introitũ liberam habent facultatem quomodo voluerint bona sua disponere. postquã autem intrauerint: nõ habent licentiam talem, sed hæc cõstitutio quidem quæ de hoc iure loquitur suis temporibus valet. Nam si antequã ipsa introducatur factus est aliquis monachus, vel facta mulier monacha, nec ad eum pertinet vel ad eam, habent liberã facultatem qualiter voluerint sua negotia disponere etiam post memoratam constitutionem.

TITVLVS XXIX.

De his qui per capillum Dei iurant, vel per caput, vel alio modo.

SI QVIS per capillos Dei vel per caput iurauerit vel alio modo blasphemia contra Deum vsus fuerit: officio præfecti vrbis vltimo supplicio subijciatur. Si quis autem sciẽs talem hominem nõ manifestauerit: nõ est dubium quòd diuina coertione simul coercebit. ipse quippe præfectus vrbis si neglexerit post Dei iudiciũ etiam nostram indignationem timeat.

TITVLVS XXX.

De reuerentia & obsequio patronis a libertis prestandis, & de ingratis liberis.

LIBERTVS patrono suo cõpetens obsequiũ & reuerentiam præbeat. quamuis eñ libertinũ similem ingenuo hac cõstitutione fecerimus: attamen patronis iura patronatus intacta reseruamus in his scilicet casibus in quibus reseruari possunt secundũ nostrarum legum distinctionem nisi fortè renũciauerit patronatus prærogatiuæ manumissor siue per testamentũ iure fideicõmissi siue eo tempore quo libertatem imponebant. Ingratũ autem libertum cõtra patronum suum existere prohibemus, q̃ & in pecuniarijs donationibus introduximus. & si ille qui liberalitatem accepit ingratus circa donatorem extiterit, infirmatur donatio: quantò magis libertus si circa patronum ingratus extiterit rescindi debet libertas. Causæ autẽ ingratitudinis legibus cognitę sunt, veluti si libertus manus suas contra patronum mouerit: vel si cõtumelias atroces ei fecerit: vel si magnum vel intolerabile damnum ei dederit. Idem est & si ad dedec⁹ pertinẽtes iniurias effuderit. Si enim horum aliquid patronus vel liberi eius probauerint ad pristinum statum cõiunctus libertus reuertatur. quòd si cõpetentem reuerentiam patrono & honorem tribuat lex quoque eius libertatem ingenuitatis nomine decoratã conseruabit. hoc autem toties patronus habet, quoties iura sui patronatus non relaxauerit.

TITVLVS XXXI.

Si libertam suam patronus habere maluerit.

SI QVIS libertã suam deducere vxorem voluerit, dotalia instrumenta cum ea componat: & q̃d habebit eam legitimam vxorem: quamuis ipse summa dignitate præfulgeat: & liberi qui ex tali coniugio procreati sunt, legitimi successores patri suo existant.

TITVLVS XXXII.

Si quis ex ancilla sua liberos habuerit & dotalia instrumenta confecerit.

SI QVIS ex ancilla sua liberos habuerit, eamq; manumittere voluerit, & dotalibus instrumentis factis legitimam vxorem habere voluerit in ipsa cõpositione instrumentorũ dotaliũ: liberi eius manumitti videãtur tacito iure. Si enim miles legatũ relinquendo seruo suo videtur tacitè libertatẽ ei donasse: quãtò magis hoc obtinere debet in filijs vbi pater matrẽ eorũ & manumisit & legitimam vxorem dotaliũ instrumentorũ cõpositione habuit?

TITVLVS XXXIII.

Si quis in ius vocare monachum vel sanctimonialem conatur.

SI QVIS cum monachis vel sanctimonialibus habeat litigiũ,nõ audeat monachũ vel sanctimonialem in asceterio constitutũ vel monasterio ad ciuilem iudicem accusare vel trahere,sed magis adeat ciuitatis episcopũ.ille enim æstimabit vtrum repsentari principalis psona debeat,an per œconomum vel per apocrisariũ defendi cum omni scilicet honestate,ita vt episcopus legibus & canonibus consentaneam sententiam proferat.

TITVLVS XXXIIII.

Quomodo ius potestatis dissoluitur.

NON solum patriciatus dignitas nexibus paternis filiũfamiliâs liberat,sed etiam cæterę dignitates q̃ à curiali conditione liberare hominem solent:veluti si cõsul designatus fuerit:vel si ex consule codicillos accipiat:vel si præfectorijs magistratibus in ipso actu fungatur.pone enim præfectum vrbis vel præfectum prætorio factum fuisse vel magistrum militum & sequatur eos peculiũ quod filiusfamiliâs constitutum habebat.

TITVLVS XXXV.

De legitimis personis:

QVI EX dignitate patris sit legitima iura intacta habet in familia sua.Ideoq;liberi eius quos habuit dum filiusfamiliâs erat, post mortem patris eius in ipsius transeunt potestatem.

TITVLVS XXXVI.

Vt episcopatus honor ius potestatis dissoluat.

SI filiusfamiliâs episcopus fuerit factus:ex ipsa cõsecratiõe paterfamilias erit.Hæc autem cõstitutio etiam in illis locum habet qui eo tempore quo p̃lata est in dignitatibus antefatis positi fuerint.

TITVLVS XXXVII.

Qualiter sedere debent iudices

SEDERE autem volumus iudices in basilica à mane vsque ad vesperam secundùm solitum morem & lites dirimere non solùm futuras,sed etiam eas quæ apud idiotas inchoatæ sunt.

¶ Si quis magistratus constitutus iudicem dare maluerit: nõ habeat licentiam ad alium causas delegare nisi apud eloquentissimos & glorioßssimos viros,& ad suos cõsiliarios tantùm qui cõsiliarij sui causas examinent ipse sententiam dicat.

TITVLVS XXXVIII.

De prouocationibus.

SI PROVOCATIO porrecta fuerit iudici,siqdem in eadem causa quam nos delegauimus appellatio exerceatur aut in cõmune procerum,aut secundùm morem apud alios ex quantitate scilicet litis habita differẽtia.Si autem magistratus ei causam delegauerit: appellatio apud eum exercebitur.

TITVLVS XXXIX.

De iurisdictione iudicum.

IVDICES vsque ad trecentos solidos monetę quidem parasemos,id est naturales lites audiãt sed tamen sententiam in scriptis dicant & prouocationes condemnato nõ denegent nisi forte ter appellare aliquis maluerit vel contumaciter in absentia fuerit.nam & tertia prouocatio illicita est & contumaces condemnati appellare non possint.

TITVLVS XL.

De sportulis.

VNVSQVISQVE iudex abvtraq; parte binos solidos in litis cõtestatione accipiat,& binos in termino litis:nisi forte litigium mortuũ intra trecẽtos solidos fuerit.Si enim intra trecentos solidos fuerit:nihil accipiat.habeant autem singuli iudices ex his octo quos constituimus binas libras auri de publico à mensa præfecti prætorio accipiãt.omnibus aũt personis priuilegia in sumptibus litium præstita maneant inconcussa.

TITVLVS XLI.

De diffinitiuis sententiis.

IN diffinitiua sententia iudex debet diffinire quid fieri oportet de impẽsis quas altera pars ab aduersario passa est.& siquidem iureiurando quantitatem sumptuũ iudex æstimauerit:faciat taxationẽ & secundùm quod his qui iurauerit nõ vltra taxationem cõdemnet. Si autem propter veritatem litis in nullo sumptu condemnare alteri alterum voluerit & hoc in arbitrio eius ponatur.

TITVLVS XLII.

De legibus iudicialibus.

OMNIA quæ de prouocationibus vel recusationibus & vt viginti dierũ post admonitionem reus inducias habeat:& si quid aliud iudiciale cõstituimus,in sua firmitate permaneat.

TITVLVS XLIII.

Ne arbitri per compromissum electi per sacramenta assumantur.

NEMO cum iureiurando iudicem cum aduersario suo accipiat. talia enim arbitria nullius momenti sunt.Si autem cum cõpromisso pœnali aliquis iudicem elegerit:res cauta erit.duorũ enim alterũ necesse est fieri vel sententiam iudicis impleri,vel si is qui condemnatus est recusauerit pœnam cõpromissi præstare. magistratautem reipublicæ si interpellati fuerint,curent vt pœna cõpromissarij exacta ab eo qui obtemperare arbitrio noluerit,aduersario eius restituatur.In summa autẽ dicimus post hac licitum nõ esse vt cum sacramento litigatorum arbiter eligatur.& siquidem sponte sua contra ius sententiam dixerit:ipse Deo rationem daturus est.Si naũt p̃ imprudentiam aliqd nõ iustè iudicauerit:hoc partibus nocere p̃hibemus. omnia aũt cætera iura quæ de compromissarijs introducta sunt vel de alijs arbitris nõ cum sacramento receptis à veteribus legibus vel à nobis introducta sunt in sua firmitate non nouata permaneant.

TITVLVS XLIIII.

De prouocationibus & retractationibus.

OMNES autem iudices p̃uocationes sibi porrectas suscipiãt. & nulli alij sit permissum nisi forte præfectus prætorio sit.nam in hac sede ius retractionis in integrum custodiri præcipimus.

TITVLVS XLV.

De diuersis rescriptit & de prouocationibus.

OMNES autem lites secundũ leges & cõstitutiones dirimẽt:quãuis iussio nostra vel pragmatica sanctio contrariũ statuerit & p̃uocationes sibi porrectas admittãt,in his scilicet casibus in q̃b⁹ p̃curare licitũ est.

TITVLVS XLVI.

De relationibus.

SI QVID dubiũ iudicibus videatur:hoc ad nostrã maiestatẽ referant & cõpetens respõsum mereant.

TITVLVS XLVII.

Si quis clericum in ius vocare maluerit tam in pecuniaria

pecuniaria quam in criminali causa.

SI QVIS cum clerico litigium habuerit, siquidem de causa pecuniaria: adeat prius episcopũ cuius iudicio clericus suppositus est. ille enim sine damno & dilatione competẽtem finem liti impositurus est. Si autẽ noluerit episcopus litem dirimere: tũc ad ciuiles iudices disceptatio causę perueniat. vbi autem episcopus litem dirimere vult siue scriptura omnia procedant & diffinitiua sentẽtia, siue scriptis ab eo ꝓducatur: nisi fortè partes voluerint vt in scriptis ea proferatur. Quòd si de criminali causa litigium emerserit: tũc competentes iudices in hac ciuitate vel in prouincijs interpellati consentaneũ legibus terminũ causis imponant: ita tamen vt disceptatio litis duorũ mensium spatiũ nõ excedat à litis contestatione numerando. Nõ aliter autem puniatur clericus nisi obnoxius repertus sacerdotio nudatus fuerit ab episcopo suo vel clericatus honore. Si autem crimen ecclesiasticum est: tũc secundùm canones ab episcopo suo sola causæ examinatio & pœna ꝓcedat nullam cõmunionem alijs iudicibus in his causis habentibus.

TITVLVS XLVIII.

Si per maritum steterit quominus dos ei promissa prestetur.

SI MVLIER dotem pro se ꝓmiserit, vel alius ꝓ ea siue profectitiã siue aduentitiam: postea autem vel ipsa mulier vel promissor dotis paratus sit: id qđ promisit dare & hoc ipsum testatione cõplectatur vel obtulerit res vel deposuerit: si mobiles sint vel in iudicio ex vna parte iudicẽ adeat & missis ab eo hominibus maritus distulerit dotem accipere, posteaq; solutũ matrimoniũ fuerit: sic intelligatur maritus quasi dotem accepisset. adeoq; si quid de antenuptiali donatione accipere mulierẽ oporteat: hoc omnino accipiat, quàmuis nullã dotem dederit: quia per maritum stetit quò minus eam susciperet.

TITVLVS XLIX.

De immodicis & inofficiosis donationibus.

SI PATER filios habuerit duos vel plures, & vni ex his donare suas res voluerit: nõ liceat ei vltra bessem substantiæ suæ donare, vel vltra dimidiam secundùm numerum liberorũ vt & cæteri liberi modis omnibus legitimam portionem, id est falcidiam accipiant quam haberẽt si tertiam partem vel dimidiam acciperent eo tẽpore antequã donatio facta sit, scilicet nisi ingrati fuerint. Nam si probatę sunt ingratitudinis causæ legibus pristinis subijciantur.

TITVLVS L.

Si mater filiorum suorum tutelam suscipere maluerit.

SI MATER marito suo defuncto filiorũ suorum tutelam gubernare maluerit: renunciet secũdis nuptijs in iudicio sine iureiurando. res autem suas impuberibus filijs suis obliget atq; ita tutela ei committatur siue creditrix sit filijs suis, siue debitrix. Idem & in filiabus dicimus. hæc autem obseruare procuret tam præfectus vrbis, quam prætor: & in prouincijs præsides: & diligẽter inuentaria cõscribantur. scriba præsente & alijs publicis personis secundùm consuetudinem: & satisdationes idoneæ exigantur vt res salua pupillis fiat.

TITVLVS LI.

De in ius vocando.

NON aliter reus actori respondeat libellum accusationis mittenti, nisi prius ille cauerit reo atq; litis executori quod intra duos menses cõtestationem litis apud iudicem facturus sit. alioquin damnũ in duplum se reo restituturum. cautio autem triginta solidorum quantitatem nõ excedat. Si quis ab aliquo fuerit accusatus, & voluerit ipsum actorem suum accusare: apud eundem iudicem hoc faciat. nam apud aliũ iudicem trahere eum nõ potest. quòd si iudex ei displiceat: licebit ei recusare eum ante litis contestationem in viginti dierum relaxamento. post litis enim contestationem recusare eum iudicem nõ potest nec actorem in aliud iudicium trahere.

TITVLVS LII.

De exęquatione dotis & propter nuptias donatione.

DONATIONES quæ ꝓpter nuptias fuerint pares, volumus esse quantitati dotis mulieris. Itẽ pacta & stipulationes in dote & propter nuptias donatione omni modo paria componatur. hoc autem capitulum in futuro quoque tempore teneatur.

TITVLVS LIII.

Quando liceat mulieri dotem suam augere.

SI MVLIER dotem suam augere voluerit nõ aliter hoc facere possit nisi maritus quoque propter nuptias donationem pari quantitate augere paratus sit. Quòd si creditores maritꝰ habeat: augere mulier dotem suam debet in rebus immobilibus. Quòd si res mobiles dederit: sciat se priuilegiũ dotis in rebus mariti sui nõ habiturã. Si autem nullum creditorem maritus habeat eo tempore quo dotem suam mulier augebat: habeat priuilegium quod dotibus in hypotecaria actione præstitum est.

TITVLVS LIIII.

De priuilegio dotis.

SÆPISSIME relatum est eum qui pecunias præstat ad cõparandam rem vel renouandam vel faciendam validiora iura hypothecis habere in ipsa re quam priores creditores: sed hæc in dotibus non obseruãtur. nam dotem præcipimus ei quoq; præferri qui postea pecuniam dedit marito ad aliquam rem comparandam vel renouandam vel etiam faciendam.

TITVLVS LV.

Vt eadem quantitas dotis in secundis nuptiis a patre seruetur.

SI QVIS pro filia sua dotẽ dederit, verbi gratia, triginta librarũ auri: postea genero defuncto & dote ad eum reuersa velit filiã alij copulare: ꝓhibeatur minorem quantitatem dotis nomine pro ea præstare quàm uis & in priore matrimonio lucrata est filia ab antenuptiali donatiõe quindecim libras auri: nisi fortè pater ꝓbauerit fortuito quodam casu substãtiam suam diminutam fuisse.

TITVLVS LVI.

De collatione dotis.

QVÆDAM mulier defuncto patre suo exigẽbatur vt dotem suã cõferret si vellet hęreditatem paternam susciperе. dicebat autem inopem esse maritum suum & nihil ab eo exigi posse. contra dicebat ei quòd oportet inopiam mariti ad damnum suum respicere. quæsitum est quid iuris sit. Et dicimus siquidem mulier sui iuris erat, culpam eius esse: quia poterat eo tempore quo videbat maritum suum pauperiorem statim aduersari & constante matrimonio dotis actionem mouere, & res dotales cõsequi. nam & propter nuptias donationis res etiam constante matrimonio vendicare potest si viderit maritum ad paupertatem inclinantem, scilicet si non minor erat mulier materfa-

milias vigintiquinq; annis. Si autē filiafamilias fuerit: debet patri ſuo dicere vt cū eo agat: & ſiqdē egit: ſalua res eſt. Si autem pater agere ſuperſederit inopia mariti ipſi & cohæredibus eius imponatur, & habeant omnes communiter actiones contra maritum: & quod poterit conſequi, in commune deducatur. Hæc autem toties vera ſunt, quoties dotis quantitas ampla nō ſit. Si enim ampla fuerit: etiam ceſſante patre liceat filiæfamiliâs conſtante matrimonio cōtra maritum dotis actionem mouere. & ſi nō mouerit ad ipſam futuri temporis periculū ſpectet. Ea autem obtinere volumus in omnibus perſonis in quibus collatio dotis exigitur ſiue filiabus ſiue neptibus & deinceps perſonis volētibus hæreditatem amplectitam patris ſui, quàm matris aui vel auiæ, & ſuperiorum perſonarum.

TITVLVS LVII.

Vt proprietas dotis vel antenuptialis donationis filius communibus conſeruetur mortua alterutra perſona.

SI MARITVS mortua vxore, vel vxor marito defuncto dotē vel antenuptias donationem lucratus lucratáve fuerit modis omnib⁹ ꝓprietatē liberis ſuis ex eodē matrimonio cōſeruent, vſumfructū aūt nuptialiū lucrorū habeant: ipſe vel ipſas ſiue ad ſecundas migrauerit nuptias ſiue nō. Idq; obtineat in omnibus matrimonijs quæ poſthac fuerint diſſoluta quocunq; modo, vel ſi antea quidem ſoluta ſunt ſed adhuc in ſuſpenſo cauſa eſt alterutra ꝑſona viuente. Si enim ambæ mortuæ ſunt, hæredibus eorum hæc cōſtitutio non ꝓſit, ſed veteribus legibus ſubijciantur. cùm aūt dñium rerum liberorū eſſe cœperit ſiue migrauerit ad ſecūdas nuptias, ſiue nō: ea iura locū habere certum eſt q̄ de his rebus poſita ſunt quarum ꝓprietatem liberi lucrati ſunt parentibus ſuis ſecundas contrahentibus nuptias. Si repudio miſſo matrimoniū ſolutum ſit culpa vxoris vel mariti, vel ille dotem vel illa ꝓpter nuptias donationem lucratus lucratáue fuerit: liberis q̄dem ſtatim cōpetat ꝓprietas vxori vel marito rerū vſusfructꝰ. Ea aūt perſona q̄ vſumfructū habet, liberos alat. Sed ſi bona gratia matrimoniū ſoluaṫ, & quaſi trāſactionis nomine alterutra ꝑſona aliq̄d acceperit: nihilominus eius proprietatem quidem liberi habeant, parentes autem vſumfructum.

TITVLVS LVIII.

De duobus reis promittendi.

SI QVI rei promittendi fuerint, & alter ꝓ altero fideiubeat inuicem: ſiquidem additum nō fuerit vt vnuſquiſq; ex his inſolidū teneaṫ: tunc pro portione ſua ſit obligatus. ſi nautē additū ſit, vt vnuſq̄ſq; inſolidū teneatur: ſiqdem omnes vel quidā ex his ſoluendo ſint & ꝑſentes fuerint: in ipſos actio cōpetat. Onus aūt inopiæ promiſſoris vel abſentiæ præſentes & locupletes ꝓmiſſores ſuſtineant. Iubemus aūt eos q̄ præſto ſunt cōpetente iudice cōpelli cōmuniter agenti ſtipulatori reſpondere: vt ibi cognoſcatur ſi locupletes ſint, an nō: vt cōmuniter cōdemnetur, & qui ſoluendo ſunt, onera inopiæ aliorū ſuſtineant. quòd ſi iudex aditus magiſtratus nō eſt per competentem magiſtratum hoc impetret. hoc autem in futuris caſibus obtineat.

TITVLVS LIX.

De dote cauta vel adſcripta & non numerata.

SIMILITER pro ſe dotale inſtrumētū cōſcripſerit, vel pater vel qui vaſallꝰ ꝓ ea poſteaq̄; repudio vel morte ſolutū fuerit: matrimoniū ſiquidem antequa biennij tēpus impleaṫ: liceat marito vel hęredibꝰ eius nō numeratæ pecuniæ dotis intra annū ex tēpore ſoluti matrimonij numerandū querimonijs vti. quòd ſi ſupra duos annos (intra decenniū tamen) matrimonium ſolutū fuit: intra tres menſes maritus vel hæredes eius eadē querimonia vtā tur. decennio autem cōpleto, modis omnibus ſi nulla vſus eſt querimonia, videatur dotem accepiſſe. & ſiquidem minor vigintiquinq; annis maritꝰ ſit: nō plus quàm duodecim annos in reſtitutione habeat. Si nautē intra hoc tempus deceſſerint: hæredes ipſius vnum annū habeāt ſi legitimæ ætatis ſint. Si nautem minores fuerint: quinquenniū habent nulla diſcretione interpoſita vtrum is qui deceſsit minor fuerit an maior vigintiquinq; annis. ille aūt debet nō numeratæ dotis querimonijs vti qui ſcriptus eſt dotem ſuſcepiſſe, ſiue legitimam habeat ætatem, ſiue minor ſit, ſecundū ſua tē pora negotiū dirimatur. Querimoniā autē fieri oportet nō nuda denūciatione, ſed in ſcriptis quos iudicio inſtruatur. Oportet enim mulierē certiorare: alioquin ſi eam nō certiorauerit vel parentem ſuum: nihil videbitur maritus egiſſe.

TITVLVS LX.

De voluntate parentum in diſtributione patrimonii facienda.

SI QVIS inter liberos ſuos vltimā voluntatem cōponere malueritin primis tēpus conſcribat: poſt ea autem nomina liberorū ſuorū ſua manu & viriarum quantitatem: ex q̄bus hæredes eos inſtituit nō ꝓ numerorum notas, ſed ita ꝑ literas legitimus numerus exprimaṫ. Sed ſi res aliquas liberis ſuis reliquere voluerit, aut ex rebus certis quoſdā liberis ſuis hæredes inſtituere malit: dicat rerū demōſtratione, & manu ꝓpria ſignificet vt nulla poſtea dubitatio inter liberos fiat. Si naūt extraneis perſonis vel vxoris ſuæ legata vel fideicommiſſa relinquere velit: & hoc manu propria ſcribat, & ante teſtes nūcupet: & valeat qđ ita factum eſt, quàmuis cęteras teſtamentorum obſeruationes non habeat. & ſiquidem in ea ꝑſeuerauerit volūtate: nihil amplius quæratur. Si naūt dixerit aliquid teſtatorem pœnituiſſe: non aliter audiatur niſi probauerit prius defunctum, poſtea ſeptem teſtibus præſentibus dixerit ſe priorem voluntatem ſuam velle irritam eſſe & forte eam rupiſſe. Poſterius autem teſtamentum vel in ſcriptis vel ſine ſcriptis validum eſt compoſitum.

IDEM.

QVia autem ſcimus quoſdā rerum ſuarū inter liberos ꝓprios diſtributionē facere, & ſub eadē liberos quoque eorū ſubſcribere: hoc quoq; validū ſit ſecundùm noſtrę cōſtitutionis obſeruationem quā de his diſtributionibus ꝓmulgauimꝰ. ſed & ſine ſubſcriptiōe liberorū ipſe parēs ſubſcribat: & oīa ꝑ ſubſcriptionē ſuā manifeſta faciat. id quoq; ratū habebiṫ qđ iam manifeſta cōſtitutione cōtineṫ. hęc aūt lex in his caſibꝰ locū habebit quos poſtea moueri cōtigerit.

TITVLVS LXI.

De fideicommiſſariis hęreditatibus.

SI QVIS hæredem ſcripſerit & rogauerit eūid qđ ex hæreditate ſupererit tēpore mortis ſuæ alijs reſtituere nouem q̄dem vncias ex hæreditate ſcriptꝰ hæres habebit, ita vt quoquo modo voluerit eis vteṫ. Tres autē vncias generali fideicōmiſſario reſtituere cogatur, & nullo modo eas diminuat: niſi vel dotis nomine ſi aliā ſubſtantiam nō habeat, vel redemptionis captiuorū gratia, vel ſi egentia laborans ex his tribus vncijs viuere ſperauerit. q̄ ſi aliam ſubſtantiam habeat: tres iſtas vncias diminuat: repleatur id qđ minus diminutū eſt ex ipſius ꝓprio patrimonio. Si autem ſubſtantia quidem eius nulla appareat: tres aūt vncias cōſumpſerit habens aliquid vnde viueret, liceat fideicommiſſario in rem agere & hypothecaria actione vt res pro rata trium vnciarum euincatur. Ideoq; conueniens eſt vt

est vt scriptus hæres generali fideicõmissario cautionẽ præ stet de tribus vncijs restituendis: nisi fortè testator huiusmodi cautionẽ vel satisdationẽ specialiter nõ cõcesserit. Nulla aũt discretio psonarũ sit: nã & in liberis & cognatis hęc cõstitutio locũ habebit. Hæc aũt cõstitutio locũ habet non solũ in futuro tpe, sed ẽt in omnibus causis q̃ adhuc pẽdẽt. pẽdere aũt adhuc cã videretur si nõdũ scriptus hęres decesserit.

TITVLVS LX.

De prescriptione centũ an. sublata quę sanctis ecclesiis locisve aliis venerabilibus competebat.

IVBEMVS vt in negocijs qui ante hãc legẽ. xxx. annorũ remouebat exceptio nũc venerabilib⁹ eccle sijs vel monasterijs & xenodochijs necnõ orphanotrophijs ac brephotrophijs & ptocotrophijs. xl. ann. ptelatio cõferatur, salua scilicet inter alias psonas & causas virtute quã super tricennalis sibi præscriptio vendicabat: quoniam hac decẽ annorũ aductionẽ religiosis locis prestam⁹ vt principale & hypothecarię actiones in tãto tpe propagent: annali aũt exceptioni, vel triennij, vel alijs huiusmodi exceptionibus non derogetur. Hęc aũt constitutio & in q̃ teritis temporibus locum habet: nisi quędã causę amicabili transactione vel iudiciali sententia sopitæ sint.

TITVLVS LXI.

De litigiosis.

RES mobiles vel se mouẽtes vel ímobiles litigiosas volum⁹ appellari, quarũ de dominio inter actorẽ & possessorẽ apud iudicẽ quæstio orta est. aut iudiciali admonitiõe, aut p preces prĩcipis porrectas, & apud iudicẽ ítimatas, ac p ipsum iudicẽ aduersario litigatori manifestatas. Nã secundũ talem distinctionem & constitutionẽ nostram intelligi volumus in qua cautũ est de sciente vel ignorãte emptore. Si qs aũt pluribus hæredibus derelictis decesserit, & illi cũ alijs hęreditarijs rebus rẽ litigiosam dimiserint id quod factũ est lege nõ reprobatur. Nõ enĩ rectè alienatio videtur esse inter cohæredes diuisio facta. Nõ enĩ alienat qui diuidit. Si quis aũt litigiosam re litigauerit: cuẽ tũ litis videatur legasse, vt si quidẽ hæres vicerit, legatum accipiat legatarius. si autẽ victus fuerit: nihil accipiat. Ideoq; libera licentia de legatario detur adesse iudicio vt nulla negligẽtia vel collusio ab hærede cõmittat. ¶ De hypothecis aũt quæstio rẽ litigiosam nõ facit. nam & si specialiter hypothecæ nomine res obligata est: tamẽ vendere eã debitor non prohibetur: ita tamen vt ex quantitate precij creditori debitum persoluatur. aut si hoc factũ non fuerit, licebit creditori hypothecariam mouere actionem, & rẽ sibi suppositam vendicare donec satisfiat, scilicet vt creditoribus anteriora iura habentibus secundũ priores leges tempore prorogatiuè reseruetur. Ex his apparet multo min⁹ litigiosam rẽ vocari quæ generaliter hypothecarũ titulo obligata est.

TITVLVS LXII.

De interlocutionibus iudicum per quas accusati rei conueniri iubentur, & de satisdatiõibus eorum.

SI IVDEX aliquẽ teneri voluerit talẽ conditionẽ in sua interlocutione debet inferere vt non aliter nullus accusatiuus libellus reo detur vel sportulę abeo exigantur: nisi prius actor in libello subscripserit, vel sua manu, vel per tabularium & monumentis interuenientibus fideiussorem pręstet idoneum periculo officij promittẽtem quod actor & obseruetĩ iudicio, & exercebit suas actiones. & si postea ostendatur litẽ iniustè mouisse: sumptuũ nomine dabit decimam partem quantitatis quę in libello comprehensa est, vt eã is q̃ accusatus fuerit accipiat. Si naũt dicat se nõ habere fideiussorem sanctis euangelijs propositis iuret quòd nõ potest dare fideiussorẽ acsi postea iuratorię cautioni cõmittatur in qua p̃mittere debet ea quę supra scripta sunt implere. Quòd si alio modo factum fuerit: nullum respõsum dare litis executori reum cõcedimus. & si aduersus ea factũ fuerit: iudex quidem cum officio suo denarũ librarũ auri pœna multetur. Executor aũt litis publicationẽ substã tię suæ patietur, & in exiliũ per quĩquẽniũ mittatur. pœnæ aũt ex hac lege irrogatę, periculo comitis rerũ priuatarũ fisco nostro inferantur. Quicquid aũt ex hac illicita cõuentione detrimenti reus passus est, resarciatur ei ex substãtia actoris periculo iudicis à quo executor missus est. excipimus autem ab his pœnis illa litigia q̃ ex cõsensu litigatorum in iudicijs ventilantur.

TITVLVS LXIII.

Si admonito reo iudicium deseruerit.

SIQVIS p iudicialẽ admonitionẽ vel preces íperatori porrectas & apud iudicẽ intimatas ac per eũ aduersario manifestatas & sub legitima dilectatione iudicis factas reũ illigauerit: non liceat ei recedere à iudicio & negociũ susceptũ deserere. Quòd si hæc fecerit actor: liceat reo repetere iudicem apud quem lis contestata est, vt admoneat actor, vt vel veniat in iudicium vel procuratorẽ legitimũ mittat, quòd si nec ipse venerit, nec procuratorẽ miserit: vocetur p tria edicta per interualla singulis nõ minus triginta dierum. Nã ordinarios iudices nõ solũ per precones, sed etiã propositiõibus edictorũ absentes partes vocari iubemus. prępondi aũt edicta illis iudicibus damus q ex principali iussione facti sunt iudices: hæc si litis cõtestatio facta est. Si naũt admonitio & sola precũ intimatio atq; manifestatio facta est tantum deinde actor deseruerit negociũ: liceat reo similiter iudicem adire & petere ab eo vt tria dicta proponant. & si propositis eis actor neq; venerit neq; procuratorẽ legitimũ miserit: habeat inducias vnius anni. & si nõ venerit licentiã iudici damus & ab vna parte reo solo p̃sente litẽ audire & legibus cõsentaneũ calculũ p̃ferre. Qd si intra p̃dictũ annũ p̃uenerit & suas actiões exercere maluerit: nõ antea eũ suscipiat iudex quã impẽsas reo præstet: ita tã vt à iudicio iterũ nõ recedat. alioquin si hoc fecerit & annus transactus sit, careat actiõibus suis. illã aũt regulam quia cautum est neminem inuitũ agere cõpelli: tunc locũ habere volumus cũ res integra est & actor aduersariũ suum teneri non fecit. hanc autem constitutionem in his casibus volum⁹ obseruari qui nec iudiciali sententia, nec amicabili compositione vel alia legitima decisione sopiti sunt.

TITVLVS LXIIII.

De pragmaticis sanctionibus & diuinis iussionibus iudicum officio iudicis.

NEMO iudicũ nostrorum siue in pecuniaria siue in criminali cã pragmaticã nostrã timeat sanctionẽ vel aliud cuiuslibet generis rescriptum siue diuinas iussiones siue referendariorũ depositiões aut illustriũ magistratuum pręcepta. nam secũdũ generales leges singulas cãs finiri iubemus, & prędictas ambitiones nullũ sibi locũ in iudicijs vendicare. nã si velit preces aliquã causam dirimere: ipse sententiam dicat, nõ iudicibus ĩperet quomodo debẽt ĩ singulis causis emergẽtib⁹ iudicare nisi forte ãbiurefuerit, dubitatum: tunc enim licebit iudici ad imperatorem referre vt sibi iuris obscuritas illuminetur. Et hęc omnia volumus obseruari nõ tm̃ apud magistratũ, sed ẽt apud iudices quoscũq; siue diuina iussiõe deputatos, siue ab alijs magistratib⁹ datos: imo ẽt apud cõpromissarios arbitros siue cũ scriptis, siue sine scriptis, siue apud eũ causarũ processerit disceptatio. Hãc aũt cõstit. locũ habere volum⁹ nõ solũ ĩ iudicijs poste-

mouendis, ſed etiã in ijs q̃ adhuc pẽdẽt vt vnuſquiſq; hac generali lege fiduciã habeat, nõ ambitioſis reſcriptionib⁹. Finita aũt iam negocia refricari nullo volumus modo. Finitũ aũt negotiũ videt̃ id de quo definitiua ſnĩa ꝓlata eſt, quãuis appellatio vel retractatio contra eã ſperetur. Excipimus aũt illa reſcripta quæ iudices iubent ſine tarditate & mora cãs dirimere vel legib⁹ calculũ conſentaneũ proferre vel acta litigatori edere, vel ſi iuſſerit eũ cum alio iudicare. tales em̃ iuſſiones ſiue ſine ſcriptis ſiue in ſcriptis fieri nõ prohibemus. Iudex aũt qui generalem legẽ contempſerit & illicitã reſcriptionẽ admiſerit: decem librarũ auri pœna & illa grauiſsima noſtra ĩdignatiõe plectet̃. ſed vt nemo hæc ſaluberrima noſtra ſtatuta ignoret: iubem⁹ in primo litis exordio ante ipſam partiũ cõfirmationem præſentẽ legem inſeri, vt nemo poſsit cõtra generales leges aliq̃d ſibi ꝓcipuũ ſperare.

TITVLVS LXV.

De his qui poſt renunciationem aduerſariorum habere ſe dicunt allegationes.

SVNT quidã malitioſi litigatores qui poſt renũciationẽ aduerſę partis & tpa probationũ ſtatuta: tñ dicunt ipſi aliquas habere ſe allegatiões vt nullus ſcilicet litis termin⁹ imponaſ̃. ideoq; iubem⁹ vnũ mẽſem ei adinducias dari & iubeaſ̃ à iudice vt q̃ vult dicat, & ſi dicat iterũ dilationis opus habere, pręſtetur ei menſis ſecundus. quo completo ſi iterum dilationem petat ad vincendã malitiã eius tertius mẽſis pręſtetur. quo completo, ſi nihil dixerit omnibus modis iudex legitimam ſententiam dicat.

TITVLVS LXVI.

Que ſunt iuſtę cãę exhęredationis liberorũ.

NEQVE pater aut mater, nec auus aut auia, neq; ꝓ auus aut ꝓauia liberos ſuos præteritos vel exhæredatos faciãt in ſuo teſtamẽto: quãuis ꝓ donatione vel ꝓ fideicõmiſſum vel alio mõ legitimã portionẽ eis reliquerint: niſi forte ingrati ꝓbent̃, & ipſas ingratitudinis cãs parẽtes ꝓprio ſcripſerint teſtamẽto. ¶ Cãæ aũt ingratitudinis iſtę ſunt hęc: Si q̃s parẽtibus ſuis audaces man⁹ imponat. Si grauẽ aut inhoneſtã cõtumeliã eis faciat. Si in criminalibus cauſis accuſator cõtra parẽtes ſuos extiterit, exceptis inſidijs aduerſus princi pẽ vel rẽpublicã. Si cũ maleficis quaſi maleficij cõuerſet̃. Si vitæ parẽtũ ſuorũ per venenũ vel alio mõ inſidiare tentauerit. Si nouercę ſuę vel cõcubinæ patris ſeſe turpiter miſcuerit. Si calũniator cõtra parẽtes fili⁹ fiat & ꝓ delationẽ ſuã grauiſsimũ dãnũ intulerit. Si incluſus ĩ carcere parẽs liberos ſuos vel vnũ ex his q̃ ad ſucceſsionẽ eius ab iteſtato vocanť rogauit vt in fidẽ ſuã eũ recipiãt, & ille vel ille noluerint fideiubere ſiue ꝓ perſona ſiue ꝓ debito in quantũ idoneus eſt is, q̃ rogatus eſt, probet̃. Hoc aũt quod de fideiuſsiõe diximus ad maſculos tm̃ liberos ꝓtinere volum⁹. Itẽ ſi cõuict⁹ fuerit filius ꝓhibuiſſe parẽtes ſuos teſtamẽtũ facere: ſi q̃dẽ illę poſsint poſtea teſtamẽtũ ordinare: liceat eis ꝓpter hãc cãm exhæredare eũ. Si aũt in ipſa ꝓhibitiõe deceſſerint oẽs hęredes futuri vel legatarij vel alij qualẽcũq; lęſionẽ paſsi ſcđm priora iura ſua aduerſus eum exerceãt actiões. Itẽ ſi contra volũtatẽ parentũ filius cũ arenarijs aut mimis cõuerſet̃, & in hac ꝓfeſsiõe ꝓmanſerit: niſi forte parẽtes ipſius arenarij vel mimi fuerint. Item ſi pater quidem vel auus filiam ſuam vel neptẽ marito voluerit copulare, & illa nõ cõſenſerit ſed turpiter viuere malit. Sinautem filia. xxv. annorũ ętatis facta à parentibus ſuis marito non ſit copulata, & ex hoc cõtigerit eã in corpore ſuo peccaſſe vel ſine cõſenſu parẽtum marito libero tm̃ ſe coniunxiſſe: hoc nolum⁹ ad ingratitudinẽ filię reputari. Item ſi furioſo parẽti liberi curã nõ adnibeãt, ſed alij cognati q̃ ab ĩteſtato vocanť: ſi q̃dẽ reſipuerit, liceat ei ſi velit ĩofficioſos liberos ingratos in ſuo ſcribere teſtamento. Sinaũt in ipſo furore deceſſerit, & liberis nullã curã adhibẽtibus vnus ab extraneis vel ij q̃ ab inteſtato vocanť miſericordia ducť⁹ curare eũ voluerit: teſtatiõe in ſcriptis vtatur ad eos q̃ ex teſtamento vocanť ante furorẽ forte cõpoſito vel ad eos q̃ ab inteſtato exiſtũt vt curã adhibeãt furioſo. Sinaũt & poſthoc teſtationẽ in eadẽ negligẽtia ꝓſeuerauerint, & extrane⁹ in ſua domo furioſum receperit, & ĩpenſis ſuis vſque ad mortẽ eius curã feciſſe ꝓbatus fuerit: ipſum quãuis extrane⁹ ſit ad ſucceſsionẽ furioſi ſancimus puenire refutata inſtitutione teſtamẽti eius & hæredibus ſcriptis vt pote indignis repellẽdis cæteris videlicet capitulis teſtamẽti in ſua firmitate duraturis. Itẽ ſi vnus ex parẽtib⁹ in captiuitate ſit & liberi eius vel vnus ex his nõ curauerit eũ redimere: ſi q̃dẽ redierit ille ab hoſtib⁹, liceat ei inofficioſos liberos & ingratos in ſuo ſcribere teſtamẽto. Sinaũt apud hoſtes deceſſerit & oẽs liberi eius redẽptionẽ facere cõtẽpſerit: oẽs res ipſi⁹ eccleſiæ ciuitatis addicanť de qua oriũdus eſt in inuẽtario ſcilicet cũ publica teſtatiõe faciẽda vt nihil ex ſubſtãtia eius depereat: ſic tñ vt omne quod ex hac cã ad eccleſiã puenerit: in redẽptionẽ captiuorũ expẽdaſ̃. Et generaliter dicim⁹ quoties aliq̃s ex his q̃ ab inteſtato vocãtur ad ſucceſsionem eius q̃ in captiuitatẽ eſt nõ curauerint eũ redimere: nullaten⁹ ei hęres exiſtat. & ſi teſtamẽto hęres ſcript⁹ eſt, ante captiuitatẽ forte cõpoſito: ſimiliter ab hęreditate repellaſ̃ cæteris teſtamẽti capitulis valituris ſubſtãtia ſcilicet ſimiliter (vt ſu prà dixim⁹) eccleſię adijcięda ciuitatis vñ captiu⁹ oriũd⁹ eſt: & ad nihil aliud ꝓcedẽda niſi ad captiuorũ redẽptionẽ. & ſi extraneus hæres ante captiuitatẽ ſcript⁹ eſt: & ille ſciẽs ſe hęredẽ ſcriptũ non curauerit eũ redimere: ſimili pœna afficiaſ̃ quã in illis pſonis volumus obtinere, q̃ octauũ decimũ annũ ſuæ ętatis impleuerint. Vbi aũt ꝓ redẽptione captiuorũ ne ceſſariũ ſit pecuniã dari facultatẽ habeat ſi prædictæ ætatis ſit mutuã pecuniã ſumere & res mobiles vel immobiles obligare hypothecæ titulo ſiue res ꝓprias habeat, ſiue illius q̃ in captiuitate tenetur. talis em̃ cõtractus qui in redẽptionẽ captiuorũ in p̃dictis caſibus fuerit valere volumus quas ſui iuris & legitimę ętatis fuiſſet is qui cõtraxit. redẽptio aũt à captiuitate neceſsitas imponitur ratũ cõtractũ habere & id q̃d dedit creditor ei ꝓſoluere & quaſi ſuo creditori reſpõdere & obligari. Itẽ ſi parẽs liberos ſuos vel vnũ ex his hęreticũ habeat: ipſe verò ortodoxus cõſtitutus liceat ei eos vel eũ in teſtamẽto ſuo exhęredare: quoniã non minima hæc cã ingratitudinis eſt. Ortodoxos aũt dicimus eos qui cõmuni cãt in ſacroſancta eccleſia catholica in qua oẽs patriarchæ vna cõſpiratiõe & cõcordia colligũtur & quatuor ſancta cõcilia prædicantur Niceñ. & Cõſtãtinopolitanũ, Epheſinũ primũ, & calcedonẽſe. hęreticos aũt dicimus eos qui catholicis nõ cõmunicãt quibus cõiurare neceſſe eſt. Neſtorianos atq; Acephalos. Sed vt plenius de ipſis loquamur: ſciẽdũ eſt nõ poſſe hæreticos parentes ſi ortodoxos liberos habeant alios quã ipſos hæredes inſtituere vel liberis nõ extãtib⁹ cognatos ſuos catholicos, ſcilicet hęredes inſtituãt. q̃ ſi ex liberis ſupſtitib⁹ alij q̃dẽ ortodoxi, alij aũt hęretici appareãt: omnẽ ſubſtãtiã parẽtibus ortodoxis puenire volumus vt fratres eorũ hęretici ſi in eodẽ errore ꝓſeuerauerit vſque ad mortẽ nihil oĩno accipiãt: ſed mortuis eis ſine pœnitẽtia liceat ortodoxis partes eorũ alienare. Sinaũt pœnitẽtiam egerit: portionẽ ſuã capiãt ſiue frugib⁹ tamẽ medij tpis & ſine vlla adminiſtratiõe rerũ moleſtia. Q̃d ſi oẽs liberi hæretici fuerint, alij aũt cognati defuncti ortodoxi exiſtãt: ipſi liberis anteponanť in ſucceſsiõe. q̃ ſi & ipſi hęretici fuerit: ſi quidẽ his q̃ defunct⁹ eſt habitũ clerici habeat: eccleſię ciuitatis in qua domiciliũ habuit ſubſtãtia eius deferatur: ſic tamen vt ſi itra annũ nõvẽdicauerit eccleſiaſtici huiuſmodi ꝓſonarũ patrimonia

patrimonia ad fiſcū noſtrū deuoluant̄. Si naūt laici fuerint: ſi ne vlla diſcretiōe res eorū fiſci iuribus vēdicent̄: quod nō ſolum ſi in teſtamēto ſcripto hęreticus deceſſerit locū habere ſancim⁹, ſed etiam ſi inteſtatus defunct⁹ ſit oībus ſcilicet legib⁹ valituris q̄ cōtra hęreticos & Neſtorianos atq; Acephalos & oēs q̄nō cōmunicāt catholicę eccleſię poſitę ſunt. ¶ Siue igitur oēs prædictas cās ſiue vnā ex his parētibus in ſuo ſcripſerit teſtamento, & filios ſuos exhęredauerit: ſi q̄dē ſcripti hæredes p̄bauerint cauſas: ingratitudinis veras eſſe, valeat teſtamētū. Si naūt p̄bare nō potuerint: inſtitutiones eorū infirmen̄, & parētū hęreditatē filij ab inteſtato veniētes ex æquis portiōibus capiāt. legata aūt vel fideicōmiſſa vel libertates vel tutorum datiōes vel alia legibus cognita capitula in teſtamēto cōſcripta valeāt, vt ſola inſtitutio hæredū tollatur. Hęc de teſtamentis parentum conſtituimus: modo videamus de teſtamētis liberorum.

TITVLVS LXVII.

Quę ſint iuſtę cauſę parētū in exheredationi.

SANCIMVS itaq; nō licere liberis parētes ſuos p̄terire vel alienos à ſubſtātia ſua quocūq; mō facere, niſi ſpecialiter cās teſtamētis ſuis inſcripſerint quas expoſituri ſumus, id eſt: Si vitæ liberorū parētes inſidiētur, excepto crimine maieſtatis. Si venenis aut ſuſurris magicis vitę eorū inſidiant̄: & hoc ipſum probatum poſtea fuerit. Si pater nurui ſuæ vel cōcubinæ filij ſui cōmiſtus fuerit. Si parentes liberos ſuos teſtamētū facere p̄hibuerit in his rebus in q̄bus teſtari poſſunt. Quę aūt dixim⁹ de parēti bus in hoc caſu ſimiliter teneāt. Si marit⁹ vxori ſuæ venenū dederit ſiue vt occidatur ſiue nō vt mētē eius cognoſcat: vel ècontrario ſi vxor marito dederit hoc venenū & moueatur quidē inter eos crimē publicū & cōpetenti vindicta: tale facinus remediū capiat: liberis aūt liceat ei q̄ tale aliquid p̄petrauerit nihilominus relinquere. Itē ſi furioſus filius vel q̄cunq; p̄ſona liberorū ſit in furore, eadē teneāt quæ ſupra de furioſis parentibus diximus. Itē ſi vnus ex liberis in captiuitate ſit, eūq;, parēs non redemerit: eadē teneāt quæ de parētibus captiuis ſupra cōſtituim⁹. Itē ſi fili⁹ ortodoxus fuerit & parētē ſuū ſenſerit hæreticū eſſe: eadē iura teneant quæ ſupra de parētib⁹ dixim⁹. Si igit̄ liberi oēs iſtas cās vel vnā ex his contra ſuos parentes ſcripſerint, & hæredes eorū oēs, aut certè vnā ex his probauerint: teſtamētū in ſuo robore p̄manere p̄cipimus. Cū verò ſi hęc nō fuerint obſeruata, teſtamentū quidē refutet̄: iura aūt ab inteſtato ſucceſsiōis locū habeant legatis ſcilicet & fideicōmiſsis & libertatib⁹ & tutorū datiōib⁹, & alijs capitulis in teſtamēto cōſcriptis in ſua firmitate durātibus. Quicquid aūt huic cōſtitutiōi in alijs legibus cōtrariū inuenitur: hoc irritū atq; inutile ſit. & hæ quidē exhæredationis & præteritiōis pœnę quantū p̄tinet ad ingratitudinis cauſas aduerſus prædictas p̄ſonas diſpoſitæ ſunt. Si q̄ę aūt ex his ad crimina referunt̄: non prohibemus cæteris pœnis ſubijci eos quaſi obnoxij fuerint reperti. Si q̄ aūt ex certis reb⁹ hæredes ſcripti iuſsi fuerint vt nihil amplius q̄rer ēt: in hoc caſu hoc tm̄ iubem⁹ fieri vt ſi q̄d eis deſit ad legitimam portionem: hoc quidem repleatur, teſtamentum autem non reſcindatur.

TITVLVS LXVIII.

Nō liceat creditori ante luctuoſos nouē dies debitore ſuo mortuo aliquē moleſtare propter hoc quo defunctus debebat.

SI QVIS in quacūq; cā obnoxiū aliquē habuerit & ille deceſſerit: nō liceat ei neq; parētes defuncti neq; liberos neq; vxorē neq; agnatos neq; cognatos neq; hęredes neq; fideiuſſores cōuenire vel moleſtare, vel in iudiciū vocare antequā nouē dies luctuoſi trāſeant. Si naūt intra p̄dictos dies cōtra aliquid fecerit, & vel cautio nē vel fideiuſsionē vel p̄miſsionē ab eis receperit: oīa irrita ſint. poſt nouem verò dies, ſi quas ſibi cōpetere putauerit actiōes: eas exerceāt, nulla tēporali preſcriptiōe vel alia allegatiōe legitima ex hac dierū trāſactiōe creditori generāda.

TITVLVS LXIX.

De conſtituta pecunia.

SI QVIS alicui cōſtituerit dicēs, ſatiſfacio in quātitatē quā duxerit modis oībus obligē ni ſi debitū ſoluat. Si quis aūt cōſtituerit dicens, tibi ſatis erit: nō tenebit̄: quia imperſonaliter locutus eſt. Quod ſi q̄s dixerit, erit tibi ſatis à me & ab illo & illo: eis quidē quos nominauit nō conſentiētibus nō præiudicat, ſed neq; p̄ipſis obligat̄: ſed pro rata parte debiti teneat̄. Si naūt ita dixerit erit ſatis tibi à me vel ab illo vel illo: illud quidē nō præiudicet: ipſe aūt in toto debito teneat̄. Si quas aūt aduerſus eos ſibi cōpetere putauerit actiones: eos moueat, & auxilio iuris p̄fruatur. Hæc aūt oīa in his cauſis ſancimus obtinere quæ nondum iudiciali calculo vel amicabili compoſitione finitæ ſunt. Data procon. Beli.

TITVLVS LXX.

Si quis filiumfamilias hęredē inſtituerit vt pater ipſius hęreditatis vſumfructum non habeat & de donatiōibus & aliis liberalitatibus in filiumfamilias, eodem modo factis, & curatoribus.

SI MATER vel auia vel quicūq; parēs filiū ſuū hęredē ſcripſerit ex parte legitima ei liceat neptibus vel nepotib⁹ ab eo p̄creatis & oībus deinceps perſonis alia ſubſtātiā ſuā totam vel partē eis donare vel relinquere liberis hoc modo & cōditiōe vt pater eorū in his rebus neq; vſumfructū, neq; omnino vllā habeat cōmunionē: q̄ ſimiliter obtinere iubemus & ſi extrane⁹ filiofamilias extraneo reliquerit aut donauerit ſub eodē mō & cōditione, & ſi quidē ipſi qui alieni iuris ſunt. xxv. annū egreſſi fuerit: licētiā habeāt quo voluerit mō res ſibi donatas adminiſtrare. ſi aūt adhuc minoris ſint, p̄ quā velit teſtator vel donator adminiſtratores debēt. licetiā aūt habeat teſtator vel donator matri vel auię filię adminiſtrationē cōcedere quāuis maritos habuerit: ſitñ & ipſę adminiſtrationē receperint. q̄ ſi teſtator vel donator vel oino dederint vel dederit quidem, illi aūt noluerint vel nō potuerint vel antea mortui fuerit: tunc cōpetens iudex curatorē eis dare cū idoneo fideiuſſore debet vt curator res eorū adminiſtret & cōſeruet eas donec legitimę ętatis fiant. nā in his caſibus volumus vſumfructū patrem habere in quibus nulla talis conditio appoſita eſt.

TITVLVS LXXI.

De eo qui filius ab aliquo in inſtrumēto nominatus eſt.

SI QVIS in aliquo inſtrumēto q̄ idoneos tres habeat teſtes vel in teſtamēto vel in monumētis publicis filiū ſuū nominauerit, neq; addiderit vt rūna turalē an legitimū dixiſſe videat̄ eū legitimū, & nulla ab eo alia p̄batio exigat̄, ſed rebus paternis vel alteri⁹ potiat̄ & p̄ficiat matri ſuæ vt etiā illa videat̄ patri eius legitima vxor fuiſſe: & ſi fratres habeat ex eadem matre progenitos ipſis quoq; eiuſdem teſtimonij defenſio proſit.

TITVLVS LXXII

De muliere quę ſine dotalibus inſtrumentis maritata eſt: & de filius ex tali matrimonio natus.

SI QVIS ſine dotalibus inſtrumētis mariti affectiōe vxorē duxerit: & ex ea liberos habuerit, ac poſtea ſecūdas cōtraxerit nuptias, & ex eo quoq; matrimonio filios p̄creauerit: vtraq; p̄genies ſimiliter ad

patris hæreditatẽ vocẽt. Et ex diuerso si qs cũ dotalibus instrumẽtis nuptias celebrauerit, & liberos habuerit, postq; si ne scriptis affectiõe sola matrimoniũ cõtraxerit & ex eo habuerit liberos: similes oẽs ad paternã successionẽ vocabunt.

TITVLVS LXXIII.

De nuptiis.

ILLVSTRES homines & q̃ sup eos sunt siue dotalib⁹ instrumẽtis matrimonia nõ cõtrahãt. Quòd si ante dignitatẽ sine scriptis vxorẽ duxerint: maneat post dignitatẽ legitima copulatio & liberi procreati legitimi sint, exceptis tãtũmodo barbaris dignitate decoratis. his em̃ sub nostra ditiõe cõstitutis ꝓpter simplicitatẽ eorũ damus licentiã vt nuda affectiõe nuptias facere possint: & ex hoc matrimonio nati liberi legitimi erũt. ¶ Legibus nostri pricipis cautũ est vt si qs sine scriptis vxorẽ duxerit, eãq; sine cã repudiauerit: vt quartã partẽ sue proprie substãtie ei daret, & quarta pars cẽtũ librarũ auri quãtitatem nõ excedat. Eademq; statuta sunt & si vsq; ad mortẽ mariti in eodẽ habitu matrimonij pseuerauerit: vtroq; autẽ causa liberi procreati ad legitimã patris hæreditatẽ vocent. mulier aũt in vtroq; casu si quidẽ vsque ad tres liberos marit⁹ ei reliquerit siue ab ea siue ab alia vxore natos: ipsam quartã portionem accipiat. Si naũt vltra tres habuerit: tm̃ ipsa habeat: quantũ ex liberis defunctiv nus accepturus est: ita tm̃ vt vsum fructũ eius portionis ipsa habeat: ꝓprietatẽ aũt liberis lex conseruat qui ex ipso matrimonio nati sunt. q̃ si liberos nõ habeat, iure quoq; cõmuni portionẽ eandẽ mulier capiat. ea aũt quæ sine cã repudiata est in ipso tempore repudij, q̃ dictam capiat, portionem. sed in talibus causis volum⁹ maritũ quartam partẽ ex bonis vxoris suæ sibi vẽdicare.

TITVLVS LXXIIII.

De liberis ex eo matrimonio natis quod repudio solutum est, quemadmodum alantur.

SI QVANDO matrimoniũ solutũ fuerit diss idiũ huius liberis ex eo ꝓcreatis nõ noceat, sed habeant integra iura hæreditatis parẽtũ capiendæ, & sine vl la dubitatiõe alant̃ ex paterna substãtia. & si q̃dẽ pater cãm diuortij dedit, & mater ad secundas nuptias nõ migrauerit: apud matrem alãtur sumptibus patris. Si naũt pater inopia laborauerit: mater aũt locuples est: apud matrẽ alantur ipsa sumptus liberis suis administret, quẽadmodũ liberi locupletes matrem suam egentẽ alere coguntur. Quòd & in omnibus parentibus & liberis inuicem obtinere iubemus.

TITVLVS LXXV.

De repudiis ab vxore mittendis.

CAVSAS propter quas iustè põt vxor marito repudiũ mittere, & dotẽ suã capere, & ante nuptias donationẽ similiter exigere dominio rei ũ scilicet liberis cõseruãdo, vel eis nõ existẽtibus ẽt dominio apud mulierẽ residẽte, eas solas esse cõstituimus. Si cõtra imperiũ semp aliq̃d molitus sit vel alijs hoc moliẽtibus, cõscius nõ manifestauerit hoc imperatori aut ꝓse aut ꝑ aliã qualẽcunq; persoñ. Si vir vitę mulieris quocunq; mõ insidiatus fuerit, vel alijs cãm in adulteriũ procedere conatus est. Itẽ si marit⁹ de adulterio inscriptionẽ posuerit & adulteriũ probare nõ potuerit: liceat mulieri volẽti vel ꝓpter hãc cãm repudiũ mittere marito & suã recipere dotẽ & donationẽ propter nuptias & ꝓpter hãc calũniã si liberos nõ habeat ex eodẽ matrimonio tm̃ capiat iure dominij ab alia mariti substãtia quã tũ tertia pars ante nuptias donationem faciat. Si em̃ liberos habeat, iubemus omnẽ mariti probatã substantiã liberis cõseruari, scilicet his firmiter pmansuris q̃ de donatiõe ꝓpter nuptias alijs legibus cõtinent̃. ¶ Sic tm̃ vt illis pœnis marit⁹ subijciat̃: Si in adulterij accusationẽ nõ probauerit quos mulier passura esset, si cõuicta fuisset. Si ieadẽ domo in qua mulier cũ ipso habitat cõtemnens eã cum alia muliere inueniat̃ in domo manẽs, vel in eadẽ ciuitate degẽs in alia domo, vel cũ alia muliere frequẽter manẽs cõuincãtur, & semel & bis criminatus vel ꝑ parẽtes suos, vel parẽtes mulieris, vel per alias idoneas psonas huiusmodi turpitudine non abstinuerit: liceat mulieri & ꝑ hanc cãm dissoluere nuptias, & recipere dotẽ quã dedit, & ante nuptias donationẽ. & ꝑ hac iniuria tertiã partẽ æstimatiõis quam propter nuptias donatio facit ex alia mariti substantia capere: sic tamẽ, vt si liberos habeat vsumfructũ tm̃ mulier habeat ante nuptias donationis & pene tertiæ portionis dominio scilicet cõmunibus liberis conseruando. Si enim liberos non habeat ex eodem matrimonio: dominium rerum ei concedimus.

TITVLVS LXXVII.

Vt non liceat consensu matrimoniũ soluere.

NVLLI liceat ex cõsensu mulieris matrimoniũ soluere: nisi forte castitatis amore hoc fecerit. sed si hæ psonę liberos habeãt: tã dotem quã donationẽ propter nuptias liberis custodiri præcipim⁹. Si aũt post solutũ matrimoniũ per cõsensum castitatis velamine facto inuẽti fuerint, vel nuptias cõtrahẽtes vel alias turpiter viuẽtes, vel vnus ex his hoc faciẽs repertus fuerit: si quidẽ liberi extãt: ipsi capiant dotẽ, & ante nuptias donationẽ & dominiũ substãtiæ illius psonę q̃ hęc perpetrasse cõuicta cõiuncti fuerit. Si naũt liberi imperfectæ ętatis fuerint alere eos vel res eorũ administrari ab ea vel ab eo parente, iubemus q̃ quę ve huic legi nihil cõtrariũ fecit. Si naũt ambo parẽtes tali delicto tenent̃: vtrorũq; parẽtũ substantia liberis addicatur ad ministrationẽ eis in imperfecta ętate cõstitutis à cõpetẽti iudice deputari disponimus. liberis aũt nullis extãtibus substãtiã delinquẽtis psonæ publicis rationibus vẽdicare sancimus, & legitimis pœnis subijci. aliter enim disiunctionem nuptiarum fieri ex consensu nulla ratiõe concedimus.

TITVLVS LXXVIII.

† Si mulier sine marito suo repudium miserit.

† Si mulier sine iusta cã marito &c.

SI MVLIER marito suo sine cã iusta repudiũ miserit & in hac impia voluntate pseuerauerit: dotẽ q̃dẽ ipse maritus habeat ꝓprietatẽ rerũ dotaliũ cõmun⁹ liberis reseruatur⁹. Si naũt liberos nõ habeat: ipse eã lucret̃: muliere aũt piculo iudicis huic cãę pręsidentis religiosissimo antistiti tradat̃ eius ciuitatis i qua cõmuniter domiciliũ habebat. Antistes em̃ curabit in monasteriũ eã mittere & ibi degere vsque ad diẽ mortis suę. & si q̃dẽ liberos habeat bessem q̃dẽ substãtiæ eius ipsi capiãt. tertia aũt portiõe mõnasteriũ potiat̃ iure dñij. Si aũt nullos liberos habeat, sed parẽtes: ipsi q̃dẽ tertiã partẽ accipiãt: monasteriũ aũt bessem: nisi fortẽ mulier i potestate parẽtis cõstituta cõsensu eius repudiũ sine cã miserit: tũcem̃ nihil ex filiæ matrimonio parẽtes sperare oportet, sed oĩa monasteriũ capiat. Q̃d similiter ꝓcedere debet & si nullos neq; liberos neq; parentes habuerit. Si naũt iudex apud quẽ cõuicta est mulier sine cã repudiũ misisse, nõ tradiderit eã ciuitatis epo vt mittat̃ in monasteriũ: si q̃dẽ in hac florentissima ciuitate magistrat⁹ sit: ipse q̃dẽ .xx. libras auri pœnæ noĩe dabit: officialis aũt eius aliàs .x. Q̃d si ꝓ uincialis sit magistrat⁹, & præcepta nostra neglexerit: ipse q̃ dẽ .x. libras auri pœnę nomine p̃stabit. officium aũt eius .v. Si autem iudex sit non magistratus: ipse quidem .x. libras auri præstabit, ministri autem eius .v. istę aũt pœnæ p comitẽ rerũ priuatarũ & scholam palatinorũ fiscalibus rationib⁹ inferantur. Sed si maritus sine cã repudiũ miserit vxori suæ, reddat ei dotẽ & ꝓpter nuptias donationẽ, & extrinsec⁹ ex substãtia sua tantũ ei præstet, quantum tertia pars propter nuptias donationis facit. Et si quidẽ habeat liberos ex eodẽ matrimonio

matrimonio natos: ipsa qdē vsumfructū habeat: liberis aūt ꝓprietatē custodiat tā donatiōis quā pœnæ. ſi naūt nullos liberos habeat: tūc ꝓprietatē omniū rerū p̄dictarū lucrabit.

TITVLVS LXXVIII.

De hęreditatibus quę ab inteſtato deferūtur.

DE hæreditatibus quæ ab inteſtato nobis deferunt, multæ leges à veteribꝰ cōſcriptæ ſunt, quas ab hoc tempore placet ceſſare, & pręſentē legē in huiuſmodi ſucceſsionibus valere. Nā & ſimpliciter & ſine vlla obſcuritate diuiſionem huius cauſæ per hanc cōſtitutionē exponimus. Conſtat enim apud oēs cognationes tres ordines habere: quorū alius eſt aſcendentium perſonarum, alius deſcendētiū, alius ex latere venientium, quorum alij agnati ſunt, alij cognati. Sed deſcendentiū quidem ordinē alijs omnibus anteponimus, vt in ſucceſsione ab inteſtato capiēda potiora iura habeant alijs omnibus aſcendentibus & ex latere venientibus perſonis cuiuſcunq; fuerint ſexus qui ad ſucceſsionem vocātur, cuiuſcunq; fuerint gradus nulla diſcretiōe habita vtrū ex maſculina progenie, an ex fœminina editi ſunt: & vtrum filijfamilias ſint, an patres familias. Licet enim filiusfamilias eſt is qui mortuus fuerit: attamen liberos eius omnibus alijs anteponimus in his ſcilicet rebus quę acquiſitionem effugiunt, vt in proprietate capienda defuncto ſuccedant, vſufructu ſcilicet ad patrem perueniētē: ſic tamē vt contigerit vnum ex deſcentibus pſonis decedere, liberi ab eo relicti locum ipſius teneant: & tantum capiant, quantum pater ipſorū ſi vnius eſſet accepturus fuiſſet. quā ſucceſsionem veteres leges in ſtirpes vocant: vnde ſi aliquē mori contigerit filio vel filia derelicta ex eo filio vel filia iam defuncto vel defuncta nepotibus vel neptibus relictis nepotes vel neptes vnà cum filio & filia ſucceſsionem aui ſui capere debent. nam in perſonis deſcendētibus gradus differentia nulla eſt, nec vlla diſcretio inducitur vtrum maſculi ſint, an fœminę: & vtrum ex maſculino ſexu, an ex fœmino ꝓgeniti ſunt: & vtrū ſui iuris, an alicui fuerint. ¶ Hæc de perſonis deſcendentium.

TITVLVS LXXIX.

De aſcendentibus talis obſeruatio teneat.

ASCENDENTIBVS autem pſonis talis obſeruatio teneat. Si em̄ deceſſerit aliquis inteſtatus nullo liberorū relicto, ſed patre vel matre vel alijs ex ordine aſcendentiū, perſonis pręferātur omnibus qui ex latere veniunt, excepto fratre & ſororequæ ex vtroque parente defuncto copulātur, ſecm quod inferius declaratur. Si naūt multi aſcendentes ſuperſint: eos anteponimus qui proximioris gradus fuerint ſiue maſculi ſint, ſiue fœminę, ſiue ex maſculino ſexu, ſiue ex fœminino cognatiōe defuncti iūgantur. Si naūt parem gradū cognationis obtineant: pariter vocabuntur: vt qui per patrē aſcendūt dimidiā portionē hæreditatis accipiant quātuncūq; inuenti fuerint. qui aūt per matrē aſcendunt: alterā dimidiā accipiant quantūcūq; ſint: niſi fortē fratres defuncti exiſtant ex vtroq; parente eidem mortuo fratri ſuo copulati vel ſorores eodem iure coniunctę: tūc enim cū proximis parentibus ad hęreditatem vocabūtur hæreditate ſcilicet pro virili portiōe, id eſt in capita inter omnes diuidenda quàmuis pater & mater fuerint: vt tamē pater vſumfructū patris ad filiūvel filiā perueniētis nullū habeat ſed pleno iure apud filiū vel filiā maneat, nulla obſeruāda differētia inter iſtas perſonas vtrū maſculini ſexus an fœminini ſint: & vtrum per maſculinum ſexum an fœminini num defuncto cognatione iungantur. ſed neq; defuncto interest cui ſuccedant: vtrum ſui an alieni iuris deceſsit.

TITVLVS LXXX.

De venientibus ex latere.

RELIQVVM eſt vt diſpiciam⁹ de tertio ordine, ſcilicet ex latere venientiū pſonarū qui in agnatos & cognatos diuidit, hac em̄ parte diſpoſita pleniſſima cōſtitutio erit. Si quis igit̄ deceſſerit & neq; deſcēdētes neq; aſcendētes reliquerit: primū ad hęreditatē vocam⁹ fratres & ſorores qui ex eodē patre & ex eadē matre progeniti vel progenitæ ſunt, ex quibus & mortuus editus eſt. talib⁹ aūt fratribus vel ſororibus nō ſuperſtitibus illos fratres vel ſorores vocamus qui ex vno parente defuncto copulantur, id eſt ſiue per patrem ſiue per matrē. Quòd ſi deceſſerit aliquis fratre vel ſorore relicta, & ex alio fratre vel ex alia ſorore iam defuncto vel defuncta liberis relictis cum auunculis ſuis vel patris vel liberi fratris vel ſororis venient, & tā tam capiant portionem quantam pater eorū vel mater accepiſſet ſi viuus vel viua fuiſſet. vnde conſequens eſt vt ſi ante mortuus frater tam ex patre quā ex matre copulatus fuiſſet ei qui modo defunctus eſt, alij aūt fratres ſuperſint vel ſorores qui ex matre tm̄ vel ex patre defuncto copulantur: præferantē eis filiꝰ & filia eius qui vtroq; iure ſubmiſtiſunt. Et è cō trario, ſi filiꝰ vel filia exiſtat fratris vel ſororis defuncti vel defunctę tantū vno iure cōiuncti, alij aūt fratres exiſtāt vel ſorores vtroq; iure decorati: præponantur fratres filijs vel filiabus ante defuncti fratris vel ſororis. Nulla enim differētia eſt vtrum de hæreditate maſculi an fœminę quæratur: & vtrum maſculi ſunt qui inter ſe certant, an fœminę. Alia autem perſona ex trāſuerſo gradu in loco defuncti paretis ſui omnino nō ſuccedat: niſi fratris filijs: tunc autē cū auūculis ſuis vel patruis fratris vel ſororis filij filięve, vocantē, cū nullus ex aſcendentibus perſonis defuncti ſuperſit: tunc em̄ excludendos eſſe cēſemus. Quòd ſi nullus ex aſcendentibus ſit: tunc fratris vel ſororis filij quaſi ſecundū gradum obtinētes ſic ad hęreditatem defunctæ perſonę vocētur. ideoq; modis omnibus auūculis vel patruis defuncti pręponantē: qa in tertiū gradum cognationis obtinēt. Quòd ſi neq; fratres neq; ſorores neq; filios vel filias fratrū vel ſororū defunctus reliquerit: alia deinceps cognatio ad ſucceſsionē eius vocabit̄ ſecm ſui gradus pręrogatiuā, vt q proximior eſt, præponat̄. Q.d ſi plures perſonę eundem gradū cognatiōis obtineāt, & alij proximiores ſint: in capita diuidatur inter eos hæreditas nulla differētia habēda vtrū qui vocant̄ ad ſucceſsionē defuncti maſculi ſiue fœminę, & vtrū pſona defuncta maſculini an fœminini ſexꝰ fuerit. Nulla aūt differētia ſit agnationis & cognatiōis, ſed ſolꝰ gradꝰ ſanguinis naturalis expectet̄ nā cognatꝰ ꝓximior vlteriori agnato ꝓponit̄. Hęc de ſucceſ.

TITVLVS LXXXI.

De legitima tutela liberorū matre & auia.

EX HIS aūt q̄ de hęreditatibꝰ ab īteſtato deferēdis diximꝰ facile poſſumus intelligere qđ de tutelis iuris ſit. Nā q̄cūq; pſona ſiue agnatiōis ſiue cognatiōis titulis decorata ad hæreditatē impuberis, ſi moriat̄, vocabit̄ neceſſe eſt vt ēt tutelæ onꝰ ſuſcipiat. nā ibi tutelæ grauamē imponēdū eſt vbi hęreditas deferri ſperat̄. Nā ſi multi eūdē gradū proximiorē cognatiōis obtineāt: oēs pariter ad tutelā vocant̄ exceptis fœminis & minoribꝰ. xxv. annis: & his q ꝓpter aduerſas ratiōes tutores eſſe nō poſſunt, velut milites & hi q excuſatiōe velati ſunt. Mater aūt vel auia ſi velit tutelā filiorū ſuorū gerere vel nepotū: non prohibetur, ſi tamen actis interueniētibꝰ alijs nuptijs & velleiano ſenatuſcōſulto renūciauerit. hæc em̄ faciētes oībus extrāſuerſo veniētibus cognatis ſiue agnatis ꝓponūtur in tutela ſolis cedētes teſtamētarijs tutoribꝰ. Vbi aūt multi ex eodē gradu cognatiōis ad tutelā impuberis vocantur: conuenire eos oportet apud competentem iudicem, vt ille vnum vel plures ex ijs qui ad administrationem pupilli ſufficiunt creet, quem ipſi vel

quos vt pote idoneos elegerit & nominauerit, vt periculũ ad omnes pertineat, & substantię eorum tacitis hypothecę titulis pupillo obligentur.

TITVLVS LXXXII.

De vi & potestate constitutionis in personis & temporalibus.

HÆC AVTEM quæ de successionibus diximꝰ obtinere oportet in his pſonis quæ fidē catholicā sequuntur. Nam leges de hæreticis positas nullo modo ex hac lege innouari patimur. Hęc autem constitutio teneat in ijs casibus qui ab initio Iulij mensis præsentis sextæ indictionis contigerunt vel postea cõtigerint. prędecessores enim causas quę emerserunt vsque ad memoratum tempus veteribus legibus relinquimus, vt ex his dirimantur.

TITVLVS LXXXIII.

Qui seruos manumittere possunt vel non.

QVI quartumdecimum annum ętatis impleuerit, & testamentum facere potest: non impediatur in vltima voluntate seruos (quãuis imperfectę ętatis sint) manumittere.

SI QVIS in aliquo instrumento alterius instrumẽti mẽtionẽ fecerit: nõ aliter hoc factũ esse videat, nisi ipsum probatũ fuerit, id est antiquum instrumentum vel alio modo legitimo debita quãtitas ꝓbata sit. hoc em̃ & veteribus legibus cognitum est. IDEM.

SANCIMVS vt in prouocationibus vltimo fatali die vel vtraq; ꝑte veniẽte vel eo solo q̃ appellauit & manifestauit præsentiam illi magistratui qui de appellatiõe cognoturus est, vel consiliarijs eius, vel eius q̃ lites introducũt, & iudex eum intra statutos dies recipere distulerit nullũ præiudiciũ, sit partibus vel vni ex his propter huius causam sed prouocationes tales legitimo calculo terminentur.

TITVLVS LXXXIIII.

Si minor.xxv.annis restitutionẽ aduersus aditione hereditatis impetrare voluerit.

SI MINOR.xxv.annis temerè susceptã à se hæreditatẽ habere noluerit, & in integrũ restitutionẽ implorauerit: si q̃dẽ præsto sint oẽs creditores hę reditatis vocent̃ iussione iudicis & præsentibꝰ eis restitutio petatur. Quòd si vel omnes vel quidem ex his absint: vocentur quidem legitimis prędonijs. si autem intra tres menses nõ venerint liceat adultis in integrum restitutionem impetrare sine periculo, vt tamẽ iudex qui præsidet prospiciat vt debent res hereditariæ mobiles vel immobiles seruari quantitate scilicet carum per publicam discretionem actis interuenientibus manifestanda.

TITVLVS LXXXV.

De male fide possessore res alienas vẽdente.

SI QVIS mala fide res alienas possidẽs vẽdiderit eas, vel donauerit, vel alio mõ alienauerit: is aũt q̃ se dn̄m earũ putat, sciẽs hoc testatione nõ denũciauerit ei q̃ res receperit intra decẽniũ inter ꝑsentes, vel inter absentes intra vicẽniũ: res firmiter apud emptorẽ vel q̃ donationẽ excepit, vel alio mõ alienatiõis nactus est pmaneat. quod si ignorante dño malę fidei possessor alienauerit nõ aliter hoc ꝑiudicet dño: nisi. xxx. annorũ spatiũ trãsactũ sit, quãuis is qui emit vel alio modo alienationis nactꝰ est bonę fidei possessor fuerit.

TITVLVS LXXXVI.

De presentis & absentis decẽnii prescriptio.

SANCIMVS quòd inter ꝑsentes lẽgitis ꝑscriptio decẽniũ est: iter absentes aũt vicẽniũ. Quid ergo si in quibusdã annis præsto sit aliq̃s, in quibusdã aũt afuerit? Dicimus tantum tempus illud decẽnio expleto adijciendũ esse quãtũ in absentia fuerit. Ea aũt quæ de tẽporali præscriptiõe constituimꝰ nõ in præteritis causis, sed futuris casibꝰ obtinere sancimꝰ q̃ post hãc legẽ emerserint.

TITVLVS LXXXVII.

Nemo cogitur in testamẽto propria manu nomina testium scribere.

NEMO cogat̃ in suo testamẽto propria manu vel testiũ nomina hęredũ scribere, sed valeat testamẽtũ ipsius siue ꝑ ipsum testatorẽ, siue ꝑ aliã qualẽcũq; pſonã nomẽ hæredis eius scribat̃. si tn̄ aliã testamẽtorũ obseruationem habeat.

TITVLVS LXXXVIII.

Si quis familię suę legauerit vel alii personę & rei legatę alienationem prohibuerit.

SI QVIS testamẽtũ fecerit, & rẽ immobilẽ familię suæ legauerit, vel aliæ personæ legati nomine reliquerit: & is specialiter dixerit nullo tpe eãdẽ rem alienari, sed apud hęredes vel successores illiꝰ cui res relicta est permanere: in hoc legato iubemus Falcidiam legẽ omnino locũ nõ habere: q̃a alienationẽ eius ipse prohibuit qui testatus est. hæc autem obtinere iubemus in his casibus quos nec iudicialis calculus nec amicabilis compositio nec alius legitimus modus terminauit.

TITVLVS LXXXIX.

De monasterijs non alienandis.

NVLLI liceat monasteriũ alienare vtĩ profanũ statim trãseat, sed liceat episcopos huiusmodi facinora emendare, & in pristinũ statũ locũ reducere. Si quis aũt ex prædictis locis excepta maiori ecclesia imperialis vrbis possessionẽ habeat: tributis plurimis aggrauatã ex qua nullus reditus sancto loco paratur facultatẽ liberamus administratoribus religiosi loci talẽ possessione alienare quocunq; modo putauerit cõmodum religioso loco facere monumentis, scilicet in tali alienatiõe faciẽdis apud illos à quibus administratores talium locorũ pręponũtur vel creantur & iurantur per diuinas scripturas his qui de locis prępositi sunt, & maiore parte eorũ qui ibi ministeriũ faciunt quòd nulla ꝑductione, nulla gratia, nulla circũscriptione alienatio fiat. œconomis aũt vel administratoribus vel chartularijs cuiusq; religiosi loci & parentibus & liberis eorũ & alijs qui vel cognatione vel iure nuptiarũ eis copulant̃ locatiões vel emphyteuses vel emptiões vel hypothecas rerũ immobilium apud eos religiosos locos pertinẽtiũ subire vel persęq; vel iterpositã personã sub ijsdẽ pœnis interdicimus quas supra diximus, Sciturisquòd si tale aliquid perpetratũ fuerit: & hoc ipsum inualidũ erit, & omnẽ substãtiã eorũ qui cœperint & œconomorũ & chartulariorũ & administratorum quibꝰ scdm̃ prędictũ modum copulatur in religiosam domũ ex qua rem acceperint & post mortẽ eorum peruenire iubemus.

TITVLVS XC.

De conductoribus & emphyteuticarijs.

SI QVIS aũt creditor vel emphyteuticarius rẽ q̃ ad locũ religiosum ꝑtinet deteriorẽ eã fecerit vel per biẽniũ emphyteuticũ canonẽ siue mercedẽ non soluerit: liceat religioso loco expellere eũ de locatione vel emphyteuseos cõtractu, & exigere ab eo trãsacti tpis debitũ canonẽ, & ꝓpter emponemata nullã ei cõpetere actionẽ. Sin autem noluerint administratores religiosi loci eum expellere: id quòd debet præstet & teneat rẽ donec tẽpus statutũ finiatur & canonẽ secũdũ quod pactũ est, præstet. quòd si fugerit: liceat administratorib⁹ religiosi loci indẽnitatẽ seruare ex reb⁹ ipsi⁹ & ꝓpter emponemata nullã timere actionẽ.

Cibi expellere propria authoritate ſm̃ al Quibus
beri dicentem cõm̃ quę refert Iaſ. in L. 2. m̃ 109
C. de iure emphy. quod pro cędit in ſimplici conductore qui thi mihaz detentatiõ tenet nõ in
poſſidente. natura Cẽ

TITVLVS XCI.

Quibus pœnis subiiciuntur qui p̃sentẽ constitutionem violant.

SI QVIS vsus nomine rem immobilem ab ecclesia prouinciali accipere velit:eodem iure & sub ijsdem conditionibus accipiat quas supradiximus in ecclesijs q̃ in̄periali ciuitate sunt,vel in̄ territorio ei⁹ posit̃e.

TITVLVS XCII.

De vi & potestate constitutionis in tempore.

HÆC DE rebus immobilibus.nã de sacris vasis cuiuscunq; eccles̃ie vel oratorij iam legẽ posuim⁹, vt non liceat ea distrahere nisi pretiũ eorũ procedat in redemptionẽ captiuorũ.aliter enim vendi vel obligari nõ possunt.Si naũt religiosa domus habeat superflua vasa quæ nullum necessariũ vsum faciant:ipsa aũt debitis p̃gravetur,& non sunt aliæ mobiles res ex quibus possint debita solui:licentiã concedimus actis interuenientibus secũdum modum supra p̃finitũ memorata superflua vasa vel alijs religiosis locis,si hoc eis vtile sit vendere vel cõflare: & si mulier vendere & eorum pretium debiti nomine dare vt res immobiles non alienentur.

¶ Si contra ea quæ diximus in præsenti lege,contractus fiat in rebus mobilibus & immobilibus ad religiosam pertinentibus domum:iubemus reddi quidẽ ei religioso loco rẽ in quo tale aliquid secutũ est cũ medij temporis fructibus. maneat autem apud religiosum locum & pretium: & si q̃d remunerationis vel permutationis gratia vel alterius cuiuscunq; canone nomine ei p̃stitum est.Quòd si emphyteusis facta sit cõtra ea que dispos̃uimus:res quidem religioso loco reddantur:pactionem aũt emphyteuticam præstet secundũ tenorem instrumentorũ quæ in hoc cõtractu composita fuerint.Quò si donata fuerit res ad religiosum locũ p̃tinẽs reddat̃ ei cũ medij t̃pis fructibus.& aliud tãtũdẽ quantum eadẽ res digna est.Si naũt hypotheca cõtra p̃dictas distinctiões data fuerit:creditor q̃dẽ debitũ amittat, & rem religioso loco reddat. Tabelliones autem qui contra p̃sentẽ legẽ instrumẽta cõponere ausi fuerint perpetuo exilio condẽnẽtur.Quicquid ante p̃sentẽ legem factũ est,si quidẽ secundũ leges veteres valeat.Si naũt aduersatur eis: radicitus euertatur.De cẽtero aũt veteribus legibus in hac parte euacuatis præsentem legẽ in nostra republica pollere iubemus.

TITVLVS XCIII.

Vt iudices nulla ratiõe vtãtur a principe.

IVDEX sentẽtiam diffinitiuam & suo arbitrio cõsentaneam legibus,promat: & non vtatur iudicatione ad nostrã clemẽtiã:nec referat, sed q̃d sibi visum fuerit legitimũ dicat postquã p̃fectissimẽ de lite cognouerit:quæ similiter obtinere iubemus si vnus siue duo siue plures iudices fuerint.

TITVLVS XCIIII.

De successione que ab intestato defertur fratribus & parentibus & filijs fratrum.

SANCIMVS ex hoc tempore si quis intestatus decesserit fratribus relictis ex vtroq; parente sibi copulatis,& filio ex fratre antea mortuo qui & ipse ex vtroq; parente ei copulabatur vel aliquo ex personis ascẽdentibus,simul omnes ad hæreditatem vocari,& ascẽdẽtes p̃sonas nõ impedire fratris filios ad hæreditatẽ defuncti capiẽdã.& vt simpliciter dicamus quẽ eis dedimus ordinem ascẽdentibus personis non suppositis eundem eis præstam⁹,etsi parentes existant eiusdem de cuius hæreditate agitur.

SI PROPTER nuptias donatio quingentorum solidorum quantitatẽ excedat:intimari eam iubemus monumentis posthac celebrandis in hac quidem regia ciuitate apud magistrum census.in prouincijs autem apud defensores ciuitatum vel apud quos hęc monumenta agi possibile est.si nautem non insinuetur:si quidem ex parte mulieris p̃pter nuptias donatio valeat ex parte autem mariti irrita sit: & ideo matrimonio soluto mulieri quidem ante nuptias donatio siue ex toto siue ex parte,secundùm quod casus tulerit:sine vllo obstaculo competat.marito aũt dotis retentio siue ex parte siue in totũ secundùm euẽtus qualitatem nullo modo cõcedatur:quia in potestate eius fuerat p̃pter nuptias donationẽ vltra quingentos solidos cõstitutam actis insinuare. & ideo periculũ nõ intimare propter nuptias donationis ad ipsum non ad mulierem respiciat.

TITVLVS XCV.

De iis qui secundas non cõtraxerint nuptias.

SI MVLIER marito suo defraudata ad secundas non peruenerit nuptias:habeat quidem ante nuptias donationis vsum fructum secundùm quód iam dispos̃uimus.lucretur autem portionem p̃prietatis tantum quãtum numerus liberorum ei concedit, vt ipsa quoq; pro vno filio habeatur.Quod autem de matribus diximus: hoc & de patribus intelligendum est,& de alijs personis ascendentibus quæ non ad secundas peruenerint nuptias.

TITVLVS XCVI.

Si vir vel mulier sine causa legitima matrimonium soluerit.

IN SVPERIORIBVS posita est constitutio qua cauetur ne vxori maritus vel marito vxor sine causa ei constitutioni cognita matrimonium dissoluere audeat.Quòd si hoc ausi fuerint facinus perpetrare: pœnis quibusdam eos subijcimus.ipsis autem pœnis reuelamus maritum grauiori animaduersione mulieribus imposita.Sed hanc legem meritò corrigentes iubemus sub ijsdem pœnis temerarios maritos subijciendos esse quæ mulieribus discedere sine causa legitima minime noscuntur:vt impari delicto par pœna vtrisq; comitetur.

TITVLVS XCVII.

Si episcopus ante consecrationem vel post venerabili loco res suas obtulerit.

SI QVIS post episcopatum vel ante consecrationẽ voluerit proprias res vel earum partem eccles̃ie offerre cuius episcop⁹ erit:hoc laudabile est quia nõ est emptio sed oblatio. ¶ Pro consuetudine autem illa sola concedimus p̃stari ab episcopis consecratis qui deinceps præsenti lege continentur,Iubemus igitur beatissimum qui dem patriarcham, id est papam Romanum & Constantinopolitanum & Alexandrinum & Theopolitanũ, id est Antiochenum & Ierosolimitanum (si quidem consuetudo est episcopis vel clericis in eorum consecratione) non minus quàm viginti libras auri p̃stari,eaq; tamen dare que consuetudo vult.quòd si plus sit quàm antea dabatur: nihil ad hoc t̃p̃s vltra viginti libras auri præstet̃.Metropolitan⁹ autem qui à concilio suo vel beatissimi patriarchis creatur, & omnes alios episcopos qui vel à patriarchis vel à metropolitanis consecrãtur:si quidem non minus.xxx.libras auri debitas habet ecclesia consecrati dare pro cathedratico solidos centum. notarij autem consecrati & alij qui ministerium ei faciunt ex consuetudine,capiant solidos.ccc. Si autem eccles̃ie redditus minor sit.xxx.libris auri annalibus:nõ mi-

nor autem.x.pro cathedratico iure dari ſolidos centũ:alijs autem omnibus qui ex conſuetudine capiunt ſol.cc.Si autẽ reditus minor ſit.x.non minus autem.v.lib.auri pro cathedratico quidem.l.ſol.dare autem omnibus alijs qui ex cõſuetudine capiunt ſol.lxx.Si autem minor quidem.v.non minor autem tribus lib.auri habeat eccleſia reditus pro cathedratico quidẽ.xviij.ſol.omnibus autem qui ex cõſuetudine capiunt ſol.xxiij.Si autem minor tribus nõ minor duabus auri lib.ſit quantitas eccleſiaſtici reditus pro cathedratico q̃ dem præſtari.xij.pro omni autẽ alia cõſuetudine ſol.vj.Epiſcopum enim eccleſię minorem duabus auri lib.reditum habentis neq; pro cathedraticis neq; prõ alia conſuetudine aliquid dare concedimus.ea autem quæ præſtari diſpoſuimus primus preſbyter conſecratus epiſcopus & archidiaconus eius ſuſcipientes ex conſuetudine capientibus diuident.Hęc itaq; iubemus modis omnibus obſeruari,ne ex talibus occaſionibus eccleſiæ debitis prægrauentur, & ſacerdotia venalia fiant.Si quis autem vltra ſtatutam à nobis quantitatem pro cathedratico vel conſuetudine quacunq; vſus fuerit capere:iubemus eius quod plus accepit triplum ex rebus ipſius vendicari eccleſiæ eius qui dedit.

TITVLVS XCVIII.

De ſeruis & aſcriptitiis & taxectis & curialibus ad epiſcopatum pertinentibus.

CONSECRATIO epiſcopi liberum faciat eum cam ſeruili quàm adſcriptitia conditione:niſi tacota ſit vel curialis qui contra prædictam diſtinctionem ad epiſcopatus apicẽ profiluerit:officio interim & curiæ reſtitui ſancimus,ne ex tali conditione ſacerdotio iniuria fiat.Illos autem qui ante noſtram præſentem legem ex curiali conditione inuenti fuerint epiſcopi creati: tali quidem conditione liberos eſſe.legitimam autem portionem de rebus ſuis curię ex publico præſtet:ſic tamen,vt nullam diminutionem patiantur eccleſiaſtica iura in rebus quas poſt epiſcopatum acquiſitas eccleſiæ eorum competere diſpoſuimus.

TITVLVS XCIX.

De diaconis,preſbyteris,ſubdiaconis iure cognationis ad tutelam vocatis.

PRESBYTER,diaconus,ſubdiaconus iure cognationis ad tutelam vel curationem vocatus munus adminiſtrationis in hoc caſu tantùm ſuſcipere concedatur.ſi tamen intra quatuor menſes ab eo die quo vocatus eſt numerandos per competentem iudicẽ inſcriptis manifeſtauerit quòd hoc munus ſua ſponte recepit.Si quis eorum hoc fecerit:nullum ex hoc circa aliam tutelam vel curationem præiudicium patiatur.

TITVLVS C.

De clericis vt exceptores vel exactores non fiant.

CLERICVS neq; executor neq; exactor publicorum fiat tributorum,neq; cõductor vectigalium vel aliarum poſſeſsionũ,vel curator domus,vel p curator litis,vel fideiuſſor in talibus cauſis:ſiue epiſcop⁹ ſit ſiue œconomus vel alius clericus cuiuſcunq; gradus,vel monachus ſuo aũt nomine vel eccleſiæ vel monaſterij in cauſa exiſtat,nec exactio eccleſię & ſanctis locis damnũ faciat & diuina myſteria impediantur.quòd ſi eccleſijs vel monaſteriis poſt quadam confines inueniantur,& noluerint adminiſtratores eorum venerabilium locorũ ad conductionem vel emphyteuſim eas capere:certe eſſe omnibus clericis & monachis ſuper talibus cauſis vel inſtrumento vel publicis monumẽtis conſentiẽtibus & certũ facientibus pro vtilitate venerabiliũ locorũ hoc fieri tales cõtract⁹ p̃cedere cõcedim⁹,ipſis quoq; ſanctis alijs ſanctis & locis dam⁹ facultatẽ conductiões & emphyteoſis ecum facere. & clericis ſimiliter ſuarum eccleſiarum poſt cõducere,adminiſtrare & ſenſu tamẽ epiſcopi & œconomi exceptis illis perſonis qui ſpeciali lege hoc facere prohibentur.Si quis autem contra præ dicta aliquid fecerit:ſi quidem epiſcopus ſit:omnes eius res ex quacunq; cauſa vel perſona vel ante epiſcopatũ ſiue poſtea ad eũ peruenerint eccleſiæ eius vindicari ſancimus.Sin autẽ vel œconomi vel alij clerici ſint qui hoc admiſerunt pœnam eos pecuniariam quã epiſcopus eorũ æſtimauerit exigere eccleſiæ vindicãdã cũ & ij qui locationẽ vectigalium vel cuiuſcũq; poſt vel publicorũ tributorum exactionẽ vel actionẽ vel curationẽ dom⁹ eius comitẽtes vel fideiuſſores & p̃ memoratis cauſis capiẽtes nullã cõtra eccleſiã vel monaſteriũ vel res eius vel adminiſtratiõis vel aduerſus illas p̃ſonas quibus vendiderũt vel contra ſubſtantias vel fideiuſſores eorum habeant actionem.illi autem qui publicorum tributorũ vel vectigalium exceptionem vel locationẽ vel exactionẽ memoratis perſonis crediderint vel fideiuſſores acceperint.quicquid publica damni contigerit,hoc de ſua ſubſtantia reſtituere compellantur.

TITVLVS CI.

De epiſcopis ĩ iudiciũ teſtimonijs aduocatis.

NVLLVS epiſcopus cogatur ad iudiciũ venire teſtimonij dicendi cauſa:ſed iudex apud epiſcopum mittat miniſtros ſuos & propoſitis ſanctis euangelijs quod ſcit epiſcopus,dicat ſecundùm hoc quod ſacerdotibus honeſtum eſt.

TITVLVS CII.

De epiſcopis in iudicium non vocandis.

NVLLVS epiſcopus neq; pro ciuili neq; pro criminali cauſa apud quemuis iudicem ſiue ciuilem ſiue militarem producatur vel exhibeatur,niſi imperialis iuſsio præceſſerit.Magiſtratus enim qui hoc iubere auſus fuerit: amiſsione cinguli &.xx.librarum auri condemnatione plectetur,vt iſte.xx.libræ eccleſiæ addicẽtur cuius epiſcopus produci vel exhiberi iuſſus eſt.Litis autem executio poſt cinguli amiſsionem tormentis ſubijciatur,& in exiliũ mittatur.

TITVLVS CIII.

De conciliis epiſcoporum per ſingulos annos faciendis.

ANVSQVISQVE eps vel patriarcha vel metropolitanus ſubiectos ſibi epiſcopos ſemel aut bis p̃ ſingulos annos apud ſe conuocare debet, & oẽs cauſas ſubtiliter cognoſcere quas epiſcopi,vel clerici, vel monachi ſecum habent,eaſq; cõponere.& ſi quid circa canones ex quacunq; perſona admiſſum eſt,emendare.

TITVLVS CIIII.

De his qui ſine cauſa excommunicant.

NEMO epiſcopus neq; preſbyter excommunicet aliquem ante quàm cauſa probetur propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri iubẽt.Si quis autẽ aduerſus ea excõmunicauerit aliquẽ:ille quidẽ qui excõmunicatus eſt maioris ſacerdotis authoritate ad gratiam ſanctę communionis redeat is autem qui non legitimè excommunicauit intantum epiſcopus abſtineat à ſacra communiõe quantum maiori ſacerdoti viſum fuerit vt quod iniuſtè fecit,ipſe patiatur.

De

TITVLVS CV.

De episcopis sua manu cedentibus

NVLLI alium clericum cõcedimus creari nisi eum qui literas scit, & rectam fidẽ & vitã honestã habeat, neq; cõcubinã vel naturales liberos habeat vel habuerit, sed castitate prędituꝫ, vel vxorem legitimam & ipsam vnam & primam habentem vel si iã habuerit & neq; viduam neq; disiunctam à marito neq; alijs legibus vel diuinis canonibus reprobatam.

¶ Nullus neq; ex xenodochijs neq; pthocotrophijs neq; nosocomijs neq; aliæ religiosæ domus administrator vel cuiuscunq; curę ecclesiasticæ gestor præstet aliquid ei à quo proponitur, vel cuicũq; personę pro cõmissa sibi administratione. qui aũt propter hoc quæ disposuimus dederit vel acceperit vel mediator factus fuerit, sacerdotio vel clero vel cõmissa sibi administratiõe. qui aũt propter hoc nudabit his quæ data sunt vendicandis loco religioso est talis psona cõsecrationẽ vel curã vel administrationem accepit. Si naũt laicus sit qui accepit vel mediator factus est, duplũ ab eo exigatur, & religioso loco in quo talis persona administrationẽ vel consecrationem vel curam accepit præstetur.

TITVLVS CVI.

Si seruus clericus fiat.

SI SERVVS sciente & non contradicẽte domino in clero sortitus sit: ex hoc ipse liber & ingenuus fiat. si enim ignorãte domino consecratio facta fuerit: liceat domino intra annum tantũ conditionem probare & propriũ seruũ recipere. Si nautem seruus sciente vel ignorante domino secundũ ea quæ diximus ex ipso honore clericatus libertatẽ meritus postea autem ministerium ecclesiasticum reliquerit & ad laicorũ vitam transierit domino suo in seruitio tradatur.

TITVLVS CVII.

Si ascriptitius clericus fiat.

ASCRIPTITIVS in ipsis tantũ possessiõibus in quibus censitus est clericus fiat quãuis inuito domino hoc fuerit factum: sic tamen vt etiam clericus factus impositam sibi culturam impleat.

TITVLVS CVIII.

De clericis electis ab ędificatoribus venerabilium locorum vel heredibus eorum.

SIQVIS oratorium in domo ędificauerit, & ipse vel hęredes eius clericos in ipsa domo consecrare maluerit: sumptus ministrãtibus in eadẽ domo donent: nec audiantur si indignos notauerit clericos. Si nautẽ illi tales sint vt diuinis canonib⁹ nõ comprobentur ad episcopum pertinebit alios clericos eligere idoneos.

TITVLVS CIX.

De clericis ministerium dei nõ implentibus.

SANCIMVS vt reuerendissimi clerici suis obseruãt ecclesijs & ibi competens ecclesiasticũ implent ministerium idq; inquirere debet ciuitatis religiosissimus episcopus & in singulis gradibus ecclesiastici priuatis, vt qui nõ custodierint canones, pœnis subijciantꝫ.

TITVLVS CIX.

De peculio quasi castrensi, & de significatione clericatus.

EPISCOPI, presbyteri, diacones & subdiacones quos omnes clericos vocamus res quocũq; modo in eorum dominio peruenientes habent in ꝓpria potestate ad similitudinem castrẽsis peculij vt liceat eis donare, & secundũ leges testari, quamuis in parentum suorũ fuerint potestate: sic tamen vt liberi eorum non superstitibus parentes eorum legitimam portionem capiant.

TITVLVS CXI.

De testimoniis clericorum.

PRESBYTERI & diacones si in cã pecuniaria falsum testimoniũ dixerint: non tormentis subijciantur, sed per tres annos separentꝫ à dño ministerio & monasterijs tradantꝫ. Pro criminalib⁹ aũt causis si falsum testimoniũ dixerint: clericatus honore nudati legitimis pœnis subijciantur: cæteri autem in alio ordine ecclesiastico reiecti cohertionibus subijciantur.

TITVLVS CXII.

De clericis vel monachis diaconis vel ascetcriis conueniendis in ciuili & criminali causa.

SIQVIS contra clericos vel monachos vel diaconissam vel monastriã vel ascetriã habeat aliquã actionẽ: adeat prius religiosissimũ episcopum cui corũ vnusquisq; subiectus est: & illerẽ inter ipsos discernat & si qdẽ vtraq; pars iudicatis nõ acquiescat: iubem⁹ per ꝑsidem locorũ cãm executioni plenissime tradi. Si naũt vnus ex litigatoribus intra decem dies contradixerit iudicatis: tũc locorum præses rẽ cognoscat: & si inuenerit iudicium rectè prolatum, & suo calculo hoc confirmet, & executioni iudicata tradat: non liceat ei quibus in tali re victus est, prouocare. ¶ Si naũt calculus prędis cõtrarius sit episcopali calculo: tũc locũ habeat appellatio contra calculum præsidis, & ea secundũ legis ordinem referatur & exerceatur. Si naũt eximperiali vel iudiciali iussiõe episcopus iudicauerit inter quascunq; personas: prouocatio ad imperatorẽ vel iudicem qui iussit referaꝫ. Si aũt crimẽ sit quod aduersus memoratas personas reuerẽdissimas referaꝫ. si quidẽ apud episcopũ aliquis accuset, & ipse veritatẽ inuenire potuerit: de honore vel gradu eũ secundũ ecclesiasticos canones reijciat: & tunc cõpetens iudex cõprehẽdat ipsum, & secundũ leges legitimè discernat, & finẽ rei imponat. Si naũt prius ad ciuilem præsidem adeat accusatur & crimen per legitimam disceptationem potuerit probare: tunc episcopo locorũ monumenta intimẽtur: & si ex ipsis cognitum fuerit proposita crimina eum admisisse: tũc ipse episcopus locorum secundũ regulas de honore vel gradu quem sustinet eũ separet. Iudex aũt ei vindictam inferat legibus competentem. Si naũt putauerit episcopus acta non iustè constitisse liceat ei honoris expoliationẽ differre gradus: nisi talis psona sub legitima cautela fiat, & ita ad nos causa per episcopum & iudicẽ referatur, vt eam nos cognoscentes quod nobis iustum visum fuerit, hoc iubeamus. Si quis autem pro pecuniaria causa cõtra prædictas personas aliquam habuerit actionem, & episcopus distulerit in eos iudicare: licẽ tiam habeat actor ciuilem præsidẽ adire: sic tñ vt accusata persona nullo mõ cogatur fideiussorẽ dare, sed tñ permissionẽ sine iureiurãdo cũ hypotheca suarum rerum exponere. Si nautem in criminali causa accusatio cõtra memoratas psonas deponatur sub legitima cautela accusata persona fiat.

TITVLVS CXIII.

De eisde psonis pro canonica cã conueniẽdis.

SIDE negotio ecclesiastico vel canonico cã emerserit: non magistratus sed religiosus episcopus secundũ sacros canones componat negotio finem.

TITVLVS CXIIII.

De rebus dubiis in conciliis episcporũ emergentibus.

SI INTER episcopos eiusdem concilij dubitatio emerserit de ecclesiastico iure vel de alijs negotijs primus metropolitanus eorũ cum alijs qbusdã cõcilij sui cõsiderãs rẽ iudicet. & si nõ acquiescat vtraq; pars

indicatis: tunc beatissimus patriarcha illius regionis inter ipsos audiat & quod ecclesiasticis canonibus & legibus nostris consentaneum sit, hoc definiatur: & nulla pars calculo eius valeat contradicere.

TITVLVS CXV.

Si clericus vel quiuis alius contra episcopum adire potestatem maluerit.

SI clericꝰ vel quiuis alius cõtra episcopũ ꝓpter qualencunq; causam adire maluerit prius metropolitanus eorũ, secundũ sanctas regulas & nostras leges negotium discernat: & si quis iudicatis cõtradixerit ad patriarchas illius regionis res referatur: & ille secundũ canones & leges finem ei præbeat.

TITVLVS CXVI.

Si quis metropolitanum suum potestatem adire maluerit.

SI CONTRA metropolitanum adire quispiã velit: regionis illius patriarcha negotium discernat.

TITVLVS CXVII.

De episcopis apud iudicem vocandis.

QVICVNQVE ep̃s apud quem iudicem accusatꝰ fuerit omnino nullã neq; fideiussionem, neq; promissionem litigio facere cõpellatur: sic tamen vt operam daret intentionem & causas actionis dissoluere.

TITVLVS CXVIII.

De administrationibus venerabilium locorũ propter administrationem ad iudiciũ vocatis.

OECONOMVS & xenodochus & nosocomus & aliorũ sanctorũ administrationem locorũ & oẽs clericos iubemus de administratiõibus sibi cõmissis ad propriũ episcopũ cui subiecti sunt, respondere & rationes suæ administrationis reddere, & negotiatiõem suscipere. & si qd ab his debitũ fuerit cõprobatũ: hoc eidẽ loco reddat ex cuius administratione debitũ apparuerit. Si naũt putauerint se ꝓgrauatos post exactiões: metropolitanus rem discernat. Si naũt metropolitanus nõ sit de ciuitate q exigit, & ille q exactionem passus est putauerit se læsum fuisse administrationis illius lętissimus patriarcha rem discernat. nõ em̃ cõcedimus antefatis primis in præmemoratis causis ante disceptationem & exactionem debitos suos episcopos deserere, & in alium peruenire.

TITVLVS CXIX.

De hęreditatibus eorum qui res venerabiliũ locorum gesserunt.

SI QVIS ex his quibus administratio religiosi loci commissa antequã ratiões exponat & debitam à se quantitatem exoluat, decesserit: hæredes eius substantiæ rationibus & exactionibus subijciantur.

¶ Si episcopus vel quiuis clericus in ciuitate Constantinopolitana inueniatur ex quacũq; ꝓuincia & aliquis voluerit aduersus eũ actiones mouere: siquidem iam de ea re litis cõtestatio facta est, in prouinciali iudicio ibi experiat̃, id est in ea ꝓuincia in qua cõtestata est. Si naut̃ nondum cœpta est apud eminentissimos tãtùm præfectus prætorij peragatur vel apud eos iudices quod nostra iussio deputauerit.

TITVLVS CXX.

De apochrisariis.

NVLLVS apochrisarius cuiuscũq; ecclesiæ siue in hac ciuitate degẽs siue apud patriarchã vel metropolitanos episcopos missus ꝓ suo episcopo, vel ꝓ negotio ecclesiastico, vel pro debito publico siue priuato aliquã exactionẽ patiatur: nisi fortè mandatũ est ab episcopis vel œconomis quosdam cõuenire. ipsis enim solis q̃ cõueniunt̃ facultatẽ damus, vt si quas actiones habẽt contra ecclesiam vel episcopum aduersus apochrisarios eas mouere. Si tamẽ obligauerint se in eo tempore apochrisarij officium peragent: & pro his causis actionem suscipiant.

TITVLVS CXXI.

De episcopis & clericis pro ciuitate vel ecclesia sua consecrationem episcopi peruenientibus & quocunque loco.

EPISCOPI vel clerici pro ciuitate vel ecclesia sua legationem vel consecratiões ab episcopis siue in imperiali ciuitate, siue in quocunq; loco peruenientes nullam molestiam vel repulsam à quacunq; persona patiuntur. nam qui obnoxios habere potuerit postquam in ꝓuincia reuertantur pulsare eos potuerint nullum prędiudicium generando in temporali præscriptione propter tempus quod in tali profectione transactum est.

TITVLVS CXXII.

De excusatione religiosę personę.

SI QVANDO causa emerserit vt admonitio vel executio adferatur pro pecuniaria causa vel criminali siue publica siue priuata clerico vel monacho vel cuicunq; ex monasterio & maximè mulieribus siue iniuria & cum omni honore admonitio vel actio fiat, monachi aũt vel asisteria monasterio vel asisterio non detrahatur, sed procuratorem ab his proponi qui negotio respondebit: monachis autem liceat siue ꝑ se siue ꝑ procuratores suos asisterij causas peragere, scientes eos qui transgressores erunt quòd pœnam quinque librarum auri prędabunt quam debet exigere ab eo vir magnificus comes priuatarũ rerũ, executionem aũt & periculum patiatur, & in exiliũ mittatur religiosis locorum episcopis prospicientibus vt nihil contrariũ fiat: vel si qd peccatũ fuerit prædicta cohertio fiat. præside aũt differente vindictam imponere, ad nostram scientiam episcopus referat.

TITVLVS CXXIII.

De sportulis religiosę personę.

SI QVIS sportularũ nomine quacunq; persona in quocunq; loco cõstituta, tũc diaconissa & monachis & ascetrijs & monachę pro quacunq; criminali causa vel pecuniaria cuiuscunq; sit quãtitatis siue clerico siue laico militante admonitionem susceperint siue in imperiali ciuitate, siue in prouincijs quibus degunt non plures quã quatuor siliquas accipiat, siue extra iussionẽ, siue à præside, siue à beatissimo patriarcha missus est executor in alias causas admonitionem obtulerit alicui de memoratis personis non vltra solidum accipiat. & si plures pro vna eademq; causa conuenti fuerint: non plus sportularum nomine præstet quã si vna persona conuenta fuisset.

TITVLVS CXXIIII.

De his qui sportulas exigũt vltra modũ statutũ.

SI QVIS aduersus nostra statuta sportulas exigere fuerit ausus: ĩ duplũ quod accepit prędet ei à quo exegit, & si quidem militat, amittit cingulum. Sin autem clericus sit, è clero expellatur.

TITVLVS CXXV.

De clericis qui mulierẽ in domo sua habent.

PRESBYTERIS & diaconibꝰ & subdiaconibus & alijs in clero constitutis non habentibus vxores secundùm regulas interdicimus habere mulierem in domo sua excepta matre & filia & sorore & alijs ꝑsonis quæ omnem querelam effugiũt. Si quis autem aduersus istã obseruationem mulierẽ in domo sua habuerit quæ

potest

pōt ſuſpicionē inferre turpitudinis, & ille à cōclericis ſuis audierit oportere ē ſua domo repellere, vel accuſatore emergēte accuſatus fuerit inhoneſtè verſari: tūc epiſcopus ſecundū eccleſiaſticos canones à clero eum repellat, & curię ciuitatis cuius clericus eſt tradat eum.

TITVLVS CXXVI.

De epiſcopis qui cum mulieribus habitant.

NVLLVS epiſcopus cum muliere habitet. Si autē probatus fuerit hoc non obſeruaſſe: epiſcopatus honore reijciatur: quia ipſe ſe indignum ſacerdotio oſtendit.

TITVLVS CXXVII.

De diaconiſsis quę cum maſculis habitant, & de liberis earum.

CAVEANT diaconiſſę cum maſculis habitare p quos inhoneſtę vitę ſuſpicio poſsit emergere. Si autem nō obſeruauerint hoc: ſacerdotis cui ſubiectæ ſint admonitione abſtineant maſculorum cōuerſatiōe. Si autē diſtulerint facere: eccleſiaſtico miniſterio & ſuis beneficijs & ſalarijs careant, & monaſterio tradantur, & omnem vitam ſuam ibi peragant. res autem earum ſi quidē liberos habeāt inter ipſos & illos ſecundū numerū perſonarum diuidantur vt competens eidem mulieri portio monaſterio addicatur & aleſcat. Si autem nō habeat liberos: tota ipſius ſubſtantia inter monaſterium vbi immiſſa eſt, & eccleſia vbi prius fuerat, æqua portione diuidatur.

TITVLVS CXXVIII.

Si quis inter celebranda miſteria miniſtris iniuriam fecerit.

SIQVIS diuinis miniſterijs vel alijs ſanctis miniſterijs celebrandis in ſanctam intrauerit eccleſiā, & epiſcopo vel clericis & alijs miniſtris iniuriam fecerit: iubemus eum tormentis ſubiectū in exilium mitti. Et ſi ipſa ſancta oratoria vel miniſteria conturbauerit, vel celebrare noluerit prohibuerit ve, capitali ſupplicio puniatur: hoc eodē obſeruādo & in letanijs in qbus epiſcopi vel clerici inueniuntur. & ſi quidē contumeliā tantū fecerit: tormentis ſubiectus exilio tradatur. Si naūt letanias contrauerit: capitale periculum ſubſiſtat eoq; defendere volumus non ſolū ciuiles ſed etiam militares iudices.

TITVLVS CXXIX.

De letanijs laicorum.

NON liceat laicis letanias facere ſine epiſcopo & clericis qui ſub epiſcopo ſunt. ſanctas quoq; cruces quas ī letanias portāt in ſanctis locis reponi iubemus & ex his proferri ſi letaniæ tēpore vocauerit, eaq; obſeruent non ſolū antiſtites locorū & clerici, ſed etiā magiſtratus. Si quis aūt in preſentis legis vim tranſgreſſus fuerit, vel vindictam imponere neglexerit, prędictas pœnas patiatur.

TITVLVS CXXX.

De monachis & monaſteriis.

RESTAT vt de monachis dicamus. igitur ſancimus vt abbates ſiue archimandrita ſingulis monaſterijs præponantur, non ſecundū gradus monachorum, ſed quem cuncti monachi vel melioris opinionis conſtitutie legerint propoſitis ſanctis euangelijs dicentes quod non propter amicitiam vel gratiam ſed ſcientes eū fidei rectæ & vitæ caſtæ & adminiſtratione dignum, & potentem monachorum diſciplina, & omnem monaſterij ſtatum vtiliter cuſtodire elegerunt. & ſi electus fuerit modis omnibus confirmetur ab epiſcopo cui monaſterium ſubiectum eſt. Quæ autem de monaſterijs diximus monachorū: eadē teneant & in monaſterijs vel aſceterijs mulierum.

¶ Si quis monachus eſſe velit ſi quidem notus ſit nulla conditione ſubiectus eſſe Egumenij monaſterij quomodo exiſtimauerit habitum ei pręſtet. Si autem incognit⁹ ſit per tres annos habitū ei non præſtet ſed experimētum & probationem vitæ ipſius accipiat: & ſi quidem intra trienniū venerit aliquis dicens eum ſeruū ſuum eſſe vt aſcriptitiū vel colonum, & ideo ad monaſterium veniſſe vt culturam agrorum fugeret, vel propter furta vel alia delicta in monaſterium intraſſe, eaq; fuerint approbata: domino ſuo reddatur cum eare quā in monaſterium duxiſſe probatur, vt tamē ſi dē pri⁹ accipiat à domino ſuo quod nihil patiatur. Si naūt intra triennium nemo ex ſupraſcriptis perſonis inquietauerit eum, & hic tranſacto triennio probatum ſe Egumeno oſtenderit: tunc accipiat habitum, & nemo eum poſtea p conditione inquietet, ſic tamen vt res quas in monaſterio duxit domino reſtituantur. Si naūt monaſterium reliquerit & laicus fiat vel in ciuitatibus magis deambulet: ſuæ conditioni reddatur.

¶ Monachi in vna domo habitent, ſemoti non dormiāt niſi forte quidem ex his propter prolixam in monaſterio exercitationem ſemoti velint viuere vel ſenectutis vel corporalis imbecilitatis cauſa in cellulis quibuſdam intra monaſterium degerint: & hoc tamen non tuta voluntate egumenij fiant ex nis omnibus & in monaſterijs & in aſceterijs mulierum obſeruandis.

¶ In nullo loco monachos & monachas permittimus vnū monaſterium habere, ſed nec ea quę duplicia vocant. & ſi quid tale eſt: religioſus epiſcopus mulieres quidem in ſuo loco ſtatuat manere, monachos autem aliud monaſteriū ædificare ſibi cogat. Si naūtē plura ſint alia monaſteria, ſeparentur in alijs monaſterijs monachæ, & in alijs monachi. res autem quas habent cōmunes ſecundū iura eis competentia diſtribuantur quem autem monachæ preſbyterum vel diaconum elegerint vt eum apochriſarium habeant vel ſanctā cōmunionem afferat religioſus epiſcopus cui ſubiectę ſunt deputet: ſi tamen & fidei rectę & vitę bonę ſit. ſi aūt his quē elegerunt neq; preſbyter neq; diaconus ſit: probatus tamen in caſtitate & fide conſecret eum epiſcopus in illa cōſecratiōe qua dignus ſit & fiat apochriſarius & ſanctę cōmunionis miniſter, ſic tamē vt nec ipſe habeat licentiam, quàmuis ſit electus, in monaſterium mulierum, permanere.

¶ Si quis ſub conditione nuptiarum vel liberorū vel dotis cauſa vel ante nuptias donationis donauerit vel reliquerit ſuis liberis, vel alij cuicunq; perſonę hæreditatem vel legatum vel ab initio purè reliquerit vel donauerit, ſubſtitutiones autem vel reſtitutiones eis fecerit ſub conditione quacunq; ex his quę prædictę ſunt: iubemus talibus conditiōibus ſubijci ſiue maſculi ſint, ſiue fœminæ. ſi monaſterium intrauerint: vel clerici vel diaconiſſæ vel aſcetriæ fuerint: tales conditiones irritas & pro non ſcriptis eſſe. hoc aūt auxilio clerici vel diaconiſſę eccleſiarum fugantur ſi in eadem vita perſeuerauerint, & ea quę ſic eis donata vel relicta fuerint in pias cauſas conſumpſerint, vel donauerint, vel reliquerint: non de his quæ in monaſterium vel aſceterium intrauerint certa forma conſtituta eſt, vt totum patrimoniū eorum cum huiuſmodi rebus ad monaſterium vel aſceterium pertineant. Si autem ad redemptionem captiuorū vel alimonias ſubſtitutio vel reſtitutio facta eſt: ſub antefactis conditionibus ex nullo mō prædicto reduci eam cōcedim⁹.

¶ Si mulier vel vir ad ſolitariā vitā trāſierit, & liberos nō habeat: res eius monaſterio competant in quo intrauerit. Si autem talis perſona liberos habeat: liceat ei ſubſtātiam ſuam liberis ſuis diſtribuere, ſic tamen vt nulli eorum legiti

mam portionem diminuat & sibi remaneat vnius filij pars ad monasterium scilicet peruentura. Quod si antequam deliberet inter liberos suos propriam substantiam, in monasterio decesserit: sola legitima portio liberis deferatur.

¶Si sponsalia legitime inter sponsum & sponsam cõtracta fuerint: deinde antequã nuptiæ celebrẽtur sponsus vel sponsa intrauerit monasterium: id quod arrarum nomine datũ est, in simplum reddatur, & pœna vtriq; parti remittatur.

¶Si constante matrimonio solus vir vel sola vxor ad solitariam vitam transierit, & monachicum habitum acceperit: hoc ipsum matrimonium dissoluatur etiam nullo repudio misso. & si quidẽ solus vir monachus factus est: reddat mulieri dotem: & quicquid ab ea aliũde susceperat, & propter nuptias donationis tantam partem quantã mulier accepisset ex morte mariti secundũ dotalium instrumẽtorum tenorẽ. Si aũt mulier monacha facta fuerit: maritus qdẽ retineat nuptialẽ donationẽ: mulier aũt recipiat dotẽ suã, excepta illa portione quæ apud maritũ ex morte mulieris secũdum pacta dotaliũ residere debet. sed & si quid aliud mulier apud maritum habuerit restituatur eidẽ mulieri. Quòd si vtraq; persona solitariam vitam elegerit: vnaquęq; psona res suas accipiat: & nemo nihil lucretur nec detrimentũ sentiat, sed maritus quidem retineat propter nuptias donationem: mulier autem recipiat dotem suam: & quicquid aliud dedisse marito probetur. Hęc autem omnia tam de sponso quam desponsa & viro & vxore statuta sunt: nisi altera pars alteri quidpiam donare vel concedere velit.

¶Non liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab hæreditate sua repellere monachos factos, quãuis dũlaici fuerunt in causam ingratitudinis inciderint.

¶Non liceat parentibus suos liberos ad solitariam vitã transeuntes de monasterijs abstrahere.

¶Si quis monasterium suum reliquerit, & ad aliud monasterium transierit: res eius in priori monasterio in quod ante introierat, competant.

¶Agant solicitudinem episcopi vt neq; monachi neq; monachæ in ciuitatib⁹ ambulẽtes sed si quas habẽt necessarias causas: eas agant per apocrisarios suos vel episcopi, vel ipsæ in monasterijs permanẽtes.

¶Si monach⁹ laic⁹ fact⁹ fuerit: honore & cingulo spolietur, & res eius in monasteriũ addicantur. quod ab eo relictũ est instante episcopo loci & præside prouinciæ ipse quoq; in monasterium mittatur. quòd si iterum monasticam vitam reliquerit: tunc eum prędes prouincię in qua inuentus sit, teneat, & taxeotis suis conueniat.

¶Si quis rapuerit, vel solicitauerit, vel corruperit asisteriã vel diaconissam, vel monastriam, vel aliã mulierẽ religiosam vitam bonã vel habitum habentem: bona ipsius & eorũ qui huius sceleris cõmunione contaminati sunt, religioso loco vendicentur in quo talis mulier habitabat, vel per religiosos episcopos vel œconomos & prędes prouiciarũ & officiales eorum. ipsi aũt capitali supplicio subijciantur. mulier autem vbiq; inuestigetur, & cũ suis rebus in monasterio cautiõi tradatur. Si aũt diaconissa fuerit liberos habens legitimos: pars legitima liberis eius prędetur. Quòd si intra annũ post cognitum tale scelus huius res à religiosis locis nõvẽ dicentur: per comitem rerum priuatarũ hæc nostro fisco adiudicantur. præses autem prouinciæ si vindictam talis criminis imponere superfederit: & cingulo careat & pœnã quinque librarum auri dare fisci iuribus compellantur.

¶Non liceat laico prędestim scenicis viris & mulierib⁹ prostitutis habitu monachi vel monachæ vel ascetriæ vti vel quoq; modo mutari, nec in qualemcunq; ecclesiasticum statum liceat illudere. Si quis ausus fuerit aliquid contra facere: & corporalem pœnam sustineat, & exilio tradatur. hæc autem pertinent ad curam & solicitudinem episcoporũ & clericorum qui eis subiecti sunt, & iudicum tam ciuiliũ quã militarium & officiorum qui eis obtemperant & defensorum ciuitatum.

¶Pœnæ quę præsenti lege continentur si quidẽ prioribus quoq; legibus cognitæ sunt exerceantur non solũ in futuro sed etiam in prędterito tempore. Si quæ autem in hac lege p innouationem imposítæ sunt: temporibus custodiantur.

¶Samaritæ liberam inter se licentiam habeant tam donãdi quã contrahendi & ab intestato cognatis suis hæredes existant: si quidem ex eodem gradu cognationis alij Samaritę alij Christianę sunt. Ii qui christianitate prędulgent, ipsi tã tũ in successione vocentur. Si autem Samaritæ quidem pximiores inueniantur Christiani vltores fuerint Samaritarum, & ditior præferatur. Si autem pœnitentiam egerint christianitatis ingrati ministerijs simul esse debent. Ii qui ab initio Christiani fuerint, vt nullam patiantur diminutionem ex eo quod in superiori tempore Samaritanarum errore tenebantur. Si autem ex ascendentibus personis Samarita testamentum fecerit constitutum: liceat ei si quidẽ oẽs Samaritas habeat, omnes ex æquis scribere portiõibus hęredes vel quemadmodum voluerunt facere. si autem quosdã Samaritas, quosdam christianos ascendentes vel descendentes habeat vsque ad duas vncias: liceat eis Samaritas hęredes instituere. reliquę autẽ vncię ad Christianos veniant, quãuis à testatore Samaritanis adscriptę sunt nisi forte legata ex his Christianis personis relicta fuerint. Si mulier autem in successione quę ex testamento veniebat si maritæ pœnitentiam egerint: nullam patiantur lęsionem. Christiani autem & de inofficioso querelam habeant testamento contra Samaritanorũ testamenta vsque ad duas vncias. Hæc aũt constitutio & retrorsum vires suas extẽdit. idemetiã prędteriti.

¶Liceat Areopagitis si habeant principalem debitorẽ & fideiussorem eius pactum cõuentũ componere vt potestatẽ habeant prius fideiussorem pulsare quãuis principalis reus locupletissimus fuerit.

¶Argenti distractores militia vel liberorum vel cognatorum eius in præsumptione à creditoribus ipsius hypothecæ titulo sit obligata e contrario militiæ eius qui areopagitę debitorẽ ante liberorum siue cognatorum ipsius præsumptione argenti distractionis supponatur.

¶Si quis argenti distractori crediderit vt res aliquas ex pecunia sibi mutua emeret, & eũ ipso pepigerit in scriptis vt res quæ fuerit ex eadem pecunia comparata titulo hypothecarum sibi obligata: sit omnibus alijs in eadem re prædferatur.

¶Liceat argẽti distractoribus & ipsas species quas prędstiterint vendicare nisi æstimationem earum acceperint.

¶Argenti distractores pro pecunijs quas crediderint vsuras vsque ad bessem cẽtesimæ capiant. & notandũ est quod inde scripta sine stipulatione memorata vsura exigatur.

¶Quicunq; cum Areopagita contrahunt si cautiones vel ratiocinia fecerint: manu sua sibi cõscriptas siue subscriptas teneantur personalibus actionibus: tunc autem hypothecarijs supponantur cùm dixerint aliquid quod ad hypothecarum intellectum tendit. in præteritis autem tantum modo vsura exigatur quæ vsque ad bessem centesimę producitur.

¶Quod de singulis causis scriptũ fuerit in ratiocinijs vel manu eius q cum Ariopagita contraxerit vel subscriptum ab eo fuerit vel confirmatum siue quod fœneratitiã cautionem quasi mutuatus exposuit siue quod transegit nullæ p bationes exigãtur de singulis causis ab Areopagita sed tẽpora

pora in tempora exceptionis nō numeratæ pecuniæ liceat ei iusiurandum inferre.

¶Si quis prohibuerit alienationes rerum extra suam propriam familiam faciendas vt sine liberis decesserit vnus ex his qui filij sunt & hæredes testatoris ad cæteros res perueniant liberis natis cessat alienationis prohibitio: ideoque liberi procreati etiam ad extraneos eas res transferre non prohibentur.

¶Si quis extra familiam suam alienationem fieri prohibuerit, & omnes qui res consecuti sunt, vel omnes res, vel quasdam ex his alienauerit: videntur fideicommisso inuicem renunciare.

¶Si quis prohibuerit extra suam propriam familiā rem alienare, & adiecerit, vt neq; filij neq; deinceps personę quæ successerint ei qui primus acceperit rem eandem ad extraneum transferant: deinde quatuor ꝓcesserūt successiones quæ familiæ nomine continentur, & vltimus hæres per medium impuberem successor extiterit, liberā facultatem habeat, & in extraneos homines rem cuius alienatio ꝓhibita est, trāsferre, id est si tertius hæres impubes fuerit & primū hæredem in quatuor successiones deputat.

TITVLVS CXXXI.

De quatuor sanctis conciliis.

QVATVOR sanctorum conciliorū canones pro legibus habeantur. papa Romanus prior omnib⁹ episcopis & patriarchis sedeat, & post illum Cōstantinopolitanæ ciuitatis archiepiscopus.

TITVLVS CXXXII.

De ordine patriarcharum.

ARCHIEPISCOPVS primæ iustinianę habeat subiectos episcopos sibi Daciæ, Mediterraneæ, Dardaniæ, & Datiæripensis. Item priualenos & Dardaniæ & Misiæ superioris, & Pannoniæ. sed & ille ab episcopis cōsecretur & ad iura super ipsis habeat quæ papa Romanus habeat super eos sibi suppositos.

¶Maneant iura pristina de episcopo Chartaginēsi & alijs metropolitanis & omnia priuilegia. Item omnia solatia & liberalitates religiosis locis datæ firmiter permaneant.

TITVLVS CXXXIII.

Leges possessicnum ad sanctos locos pertinentium.

POSSESIONES ad religiosas domos pertinentes nullam descriptionem agnoscant nisi cōstructiones viarum vel pōtium ædificationes. tamen si habuerint possesiones intra territorium constitutas illius ciuitatis in qua talis desideratur descriptio habeant immunitatem in sordidis muneribus & extraordinarijs & lucratiuorum descriptione.

TITVLVS CXXXIIII.

De prescriptione quadraginta annorum venerabilibus locis competente.

NEQVE decennij, neq; vicennij neq; triginta annorum præscriptio religiosis domibus opponat̄, sed sola quadraginta annorum curricula non solùm in cæteris rebus, sed etiam in legatis & hæreditatibus.

TITVLVS CXXXV.

De ędificatione venerabilium locorum.

NEMO oratorium ædificare audeat antequam & episcopus venerit, & exorauerit, & venerabilem crucem in eodem loco defixerit. quod autē semel inchoauit: necesse habet locum implere vel ipse vel hæres eius: & necessitatem ei debent imponere episcopi & œconomi & ciuiles magistratus.

¶Si monachus cōdemnationem effugiens, eandem quæ accusata fuerat duxerit: competentibus pœnis à quolibet iudice subijciendus est.

¶Nulli iudici licere vtrasq; manus aut vtrosq; pedes reo abscindere neq; examinare in qualicūq; delicto. sed siquidē mortale est crimen: morti damnare.

¶Fures autem dicimus qui nocte cum gladijs ambulant. reliqui autem competentibus pœnis subijciantur. nullus autem publicari debet, nisi qui descendentes neq; ascendentes habeat. vxoribus tamen eorum donationem debere reddi & dotem. Si autem dotem nō habeant: iuxta statuta quartam ex rebus damnati habeant. ascendentes autem vsque ad tertium gradum vocantur.

¶Nam duram atq; inhumanam & auaritiæ plenam hac lege saluberrima perspeximus emendare & cōmuniter omnibus deponere medicinam nō tantùm in præsenti necessaria tempore, sed & in omni æuo futuro. venit enim ad nostras aures quosdam immissi à secunda necessitate captos temporum fœneratitios fecisse contractus, & ipsi creditores propter paruum fructū quem dabant terras colonorum calidè arripuisse & paucam mensuram fructuū dantes totas terrulas eorum abstraxisse & hac causa quosdam colonorū fugæ latebras petisse alios fame necatos & tristissimam pestem homines inuasisse in concussione barbarica nō minore. Sancimus itaq; omnes hos creditores quantumcunque modij vel tritici vel ordei & alterius speciei qui in fructus aridos dederint: hoc redito in præsenti cum parte modij: octaua per singulos modios in vnoquoq; anno præstanda terrulas colonis restituere, nemine penitus audente terrulas eorum detinere sub occasione fœneratitię cautionis siue scriptis siue non scriptis credita sunt contracta. Si autē pecunias dedit: nihil amplius quàm vnam siliquam pro singulo soluendam anno præstare. & hanc saluberrimam legem in omnes extendimus, & præsenti quidem tempore initium accipientem. in omni autem æuo modis omnibus obseruandam vt si quando fuerit vel triticum vel ordeum fœneratum vel alij fruct⁹ aridi creditores tam quod dederūt accipientes, quàm pro vsuris octauam modij annuam pro singulis modijs, vel siliquā pro singulo solido. & secundū hunc modum in quantum fœnus permanserit percipientes siue terrulas siue aliud pignus acceperint, boues fortè vel pecora vel mancipia hos modis omnibus reddere. & hanc legem communem esse omnibus humanitate & pietate gaudentem & egenis omnibus cōsulentem & creditoribus mediocre solatium afferentem. Hæc igitur quæ à nobis statuta sunt: claritas tua in omnes prouincias quæ tuo moderamine gubernantur, obseruari festinet. Sciturus omnibus creditoribus vt si fortè aliquid propter hoc commiserint actiōe cadant: & cui pignus oblatum est hoc habebit solatium, vt ipse quidem securus degat auarum quidem creditorem videat in suis pecunijs patientem iacturam.

¶ Finis Nouellarum.

Rubricæ Nouellarum.

TABVLA TITVLORVM PRIMI LIBRI NOVELLARVM.

SI hæres legata ſoluere noluerit.titulus 1.
Ad legem Falcidiam. 2.
De legatorum exequatione. 3.
Vt legata intra annum præſtentur. 4.
De ijs qad ſecundas nuptias migrauerunt. 5.
De dote adſcripta & non numerata vel præſtita. 6.
De fideiuſſoribus & mandatoribus &c. 7.
De ſolutionibus & liberationibus & verborum ſignificationibus. 8.
De monaſterijs ædificandis. 9.
De monachis & aſiſterijs. 10.
De archimandritis & vt conſtitutio ſit communis monachorum & ſanctimonialium. 11.
Vt non liceat clerico de minori eccleſia in maiorem per patrociniũ tranſire. 12.
De epiſcopis. 13.
De rebus ad venerabiles locos pertinentibus non alienandis. 14.
Quomodo liceat imperatorem res ſancti loci transferre. 15.
De emphyteuſi contractu à ſancto loco conſtituendo. 16.
Quomodo vſusfructus rerum ad ſanctos locos pertinentium conſtituantur. 17.
De pragmaticis ſanctio quæ contra commoda venerabilium locorum promulgantur. 18.
De monaſterijs non vendendis vel alienandis. 19.
Si ſterilis ager ad venerabilem locum peruenerit. 20.
Quibus pœnis ſubiecti ſunt qui præſentem conſtitutionem contemſerint. 21.
Quando licet hypothecæ titulo res venerabiliũ loco obligare. 22.
Quibus pœnis ſubijcitur qui illicitum emphyteu.componit. 23.
Quomodo punitur qui ſacra va.donat &c. 24.
De magiſtratibus ſtne pecunia credandis. 25.
De criminibus. 26.
De priuatis. 27.
De officio proconſulis. 28.
De vicarijs præſidum & manus armatæ. 29
De iuſsione præſidi produ. 30.
De capitali crimine damnatis. 31.
De patronis. 32.
De capite cenſitis. 33.
De titulis infixis. 34.
De appellationibus. 35.
De præſidijs vicarijs defenſorum non mittendis. 36.
De ſententia defenſorum ciuitatis. 37.
De lenonibus tollendis. 38.
De nefarijs nuptijs & inceſtis. 39.
De naturalihus liberis. 40.
De pignoribus & vſuris capiendis. 41.
De legitima portione filijs relinquenda. 42.
De nuda hæreditatis proprietate filijs dimiſſa. 43.
De nepotibus ex filio & filia natis. 44.
De ijs qui ſine liberis & vxoribus legitimis deceſſerint. 45.
De patre qui filiæ dotem dederitvel filio,ppter nu.donationem. 46.
De ijs qui res ſuas filijs diſtribuere voluerint. 47.
De ijs qui migrauerint manum eſſe in ſcripto. 48.
De litigio miſſo pro ſulpa cupra tutorem & curatorem. 49.
De detentatione facta. 50.
De ancilla concubina facta. 51.
De ijs qui ancillam duxerunt putantes eam liberam. 52.
De ſeruo & ancilla ægrotante. 53.
De iuſtè diſſociatis. 54.
De adſcriptitio qui liberam mulierem habere non poteſt. 55.
Mulieribus ſine dotalibus inſtrumentis. 56.
Mittendo filiofamilias repudium. 57.
Morte mariti vel vxoris. 58.
Ingratis liberis. 59.
Impleto ſtatuto tempore. 60.
De non alienadis rebus prioris matrimonij. 61.
Alienatione rerum primi matrimonij. 62.
De non alienanda niſi portione vnius. 63.
Cuius temporis cõputatio expectari debeat,&quomodo ſuperflua quantitas diſtribui debeat. 64.
Legato ſuperſtiti perſonæ relicto. 65.
Si repudio matrimonium ſolutum ſit,quid ſtatui oportet &c. 66.
Augenda vel minuenda dote propter nuptias donatione. 67.
Si vſufructu à marito relicto vel contra fiant ſecundæ nuptiæ. 68.
Si vſusfructus dotis nomine vel propter nuptias donationis cauſa conſtituatur. 69.
De rebus maternis vel nuptiarum lucris quæ ad filiumfamilias peuenerunt:& de caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi. 70.
Si mulier res quas liberis ſuis donauit quaſi ab ingratis,vel ſecundas nuptias ſuas reuocare maluerit. 71.
Vt ſecundo marito copulata prioris viri dignitatibus vel primi non vtatur. 72.
De liberis mulieribus quæ patronis ſuis coniunctæ ſunt. 73.
Si adhuc conſtante matrimonio dotem maritus vxori ſuæ perſoluerit. 74.
Si mulier ſuorum liberorum tutelam adminiſtrauerit,& ad ſecundas conuolauerit nuptias. 75.
Si ſub conditione mater à patre legatum vel fideicommiſſum reliquerit filio ſuo. 76.
Clericis qui nuptias contrahere non poſſunt. 77.
Si decedens maritus vxori ſuæ legauerit ſub conditione, ſi ſecũdas non contraxerit nuptias &c. 78.
Mulier quæ ſecundas cõtraxerit nup.quemadmodum filij ſui ſucceſsionem capiat &c. 79.
Si mater alienare noluerit eas res quæ ad eam ex ſucceſsione filij deuolutæ ſunt. 80.
Si quis vnum deliberis vel extraneum hæredem ſcripſerit & rogauerit eum &c. 81.
Si ſoluto matrimo.mulier quæ ſecundas non contraxerit &c. 82.
De præfatione inſtrumentorum. 83.
De literis inſtrumentorum non ſcribendis odſcuris. 84.
Si quis modum ſuæ ſubſtantiæ in ſcrip.ſuis declarauerit. 85.
De iureiurando propter calumniam dando,vel propter dilationes petendas vel probationes. 86.
Vt ciues vel vicarij ,p alijs ciuibus ſuis vel vicis nõ teneant. 87.
Vt donationes imperatori faciendæ valeant. 87.
De reis ab alio loco ad alium retrahendis ex diuino nutu &c. 88.
De admonitione rerum,ſiue de in ius vocando. 89.
De inope muliere quæ ſine dote nupta eſt,quæ quartam partem defuncti capere debet. 90.
De ijs qui ex libera matre & adſcriptitio patre nati ſunt. 91.
Si venerabilis locus cum alio venerabili loco permutationem facere voluerit. 92.
Vt liceat venerabilibus locis perpetuos inter ſe facere. 93.
Si eccleſiam ſuam clerici dereliquerint. 94.
De eo qui eccleſias ædificat vel annonas clericis donat. 95.
Si quis in domo ſua oratorium habuerit. 96.
De creditoribus qui debitoribus morientibus imminent. 97.
De iure propter nuptias donationum. 98.
Qui eccleſiam vel oratorium fabricare voluerit. 99.
Si epiſcopus ab eccleſia ſua per multum tempus deſuerit. 100.
Alienatione rerum immobilium ad eccleſiam pertinentium. 101.

Libri ſecundi Nouellarũ tituli.

DE iuriſdictione præſidum prouinciarum. 1.
De præſentibus reis. 2.
De abſentibus reis. 3.
Fori præſcriptione tollenda. 4.
Fori præſcriptione deneganda. 5.
Si quis præſentem conſtitutionem neglexerit. 6.
Qui tutores vel curatores pupillo dari poſsint. 7.
Quomodo depoſitum caute poni poteſt. 8.
Quomodo ſine tabellione inſtrumentum cautè fiat. 9.
Si literarum fides à voce teſtium diſcrepet. 10.
De contractibus incautè compoſitis. 11.
Quomodo tabelliones cautè debeant inſtrumenta componere. 12.
De comparatione literarum. 13.
Imperiti literarum quomodo debeant inſtrumẽta componere. 14.
Contractibus ſine ſcripto compoſitis. 15.
Quomodo naturales filij legitimi fieri poſſunt. 16.
Qui nõ ſine dotalibus inſtrumentis nuptias cõtrahere poſſunt. 17.
Quomodo naturales filij non poſſunt fieri legitimi. 18.
Qui ſint legitimi filij vel naturales,vel vterini. 19.
Si præſes prouinciæ ſupplices prouinciales contempſerit. 20.
Si præſes prouinciæ iniuriam fecerit. 21.
Si cui præſes prouinciæ ſubſcriptus fuerit. 22.
De officio defenſorum & epiſcopi audientia. 23.
De prouincialibus qui temere in Conſtan.ciui.fuerunt. 24.
De officio taxeatorum. 25
Si epiſcopus ſupplices contempſerit. 26.
De epiſcopis. 27.
De ſubſtantijs monachorum vel aſceteriorum. 28.
De his qui per capillum Dei iurant. 29.
De reuerentia & obſequio patronis à libertis præſtandis. 30.
De ingratis liberis idem.
Si libertam ſuam patronus habere maluerit. 31.
Si quis ex ancilla ſua liberos habuerit,& dotalia inſtrumenta confecerit

Rubricæ Nouellarum.

fecerit. 32.
Si quis in ius vocare monachũ vel ſanctimonialem conatur. 33.
Quomodo ius poteſtatis diſſoluitur. 34.
De legitimis perſonis. 35.
Vt epiſcopatus honor ius poteſtatis diſſoluat. 36.
Qualiter cedere debent iudices. 37.
De prouocationibus. 38.
De iuriſdictione iudicum. 39.
De ſportulis. 40.
De definitiuis ſententijs. 41.
De legibus iudicialibus. 42.
Ne arbitri per compromiſſum, non per ſacramentum aſſumant. 43.
De prouocationibus & retractationibus. 44.
De diuerſis reſcriptis & prouocationibus. 45.
De relationibus. 46.
Si quis clericum in ius vocare maluerit tam in pecuniaria quam in criminali cauſa. 47.
Si per maritum ſteterit quominus dos ei promiſſa præſtetur. 48.
De immodicis & inofficioſis donationibus. 49.
Si mater filiorum ſuorum tutelam ſuſcipere maluerit. 50.
De in ius vocando. 51.
De exæquatione dotis & propter nuptias donatione. 52.
Quando liceat mulieri dotem ſuam augere. 53.
De priuilegio dotis. 54.
Vt eadem quãtitas dotis in ſecundis nuptijs à patre ſeruetur. 55.
De collatione dotis. 56.
Vt proprietas dotis vel antenuptialis donationis filijs communibus conſeruetur mortua alterutra perſona. 57.
De duobus reis promittendi. 58.
De dote cauta vel adſcripta & non numerata. 59.
De voluntate parentum in diſtributione patrimonij facienda 60.
De fideicommiſſarijs hæreditatibus. 61.
De præſcriptione centum annorum ſublata &c. 60.
De litigioſis. 61.
De interlocutionibus &c. 62.
Si admonito reo iudicium deſeruerit. 63.
De pragmaticis ſanctionibus & diuiſis iuſsionibus. 64.
Quæ ſunt iuſtæ cauſæ exhæredationis liberorum. 66.
Quæ ſint iuſtæ cauſæ parentum in exhæredationi. 67.
Non liceat creditori ante luctuoſos nouem dies aliquem moleſtare propter hoc quo defunctus debebat. 68.
De conſtituta pecunia. 69.
Si quis filius ſa. hæredem inſtituerit vt pater hæreditatis vſum fructum habeat &c. 70.
De eo qui filius ab aliquo in inſtrumento nominatus eſt. 71.
De muliere quæ ſine dotalibus inſtru. maritata &c. 72.
De nuptijs. 73.
De liberis ex eo. matrimo. natis. 74.
De repudijs ab vxore mittendis. 75.
Vt non liceat ex conſu matrimonium ſoluere. 76.
Si mulier ſine marito ſuo repudium miſerit. 77.
De hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. 78.
De aſcendentibus. 79.
De venientibus ex latere. 80.
De legitima tutela. 81.
De vi & poteſtate conſtitutionis in perſonis & temporalibus. 82.
Qui ſeruos manumittere poſſunt vel non, 83.
Si minor vigintiquinque annis reſtitutionẽ impetrare voluerit. 84.
De malefici poſſeſſore. 85.
De præſentis & abſentis præſcrip. 86.
Nemo cogit̃ in teſtamento ꝓpria manu nomina teſtiũ ſcribere. 87.
Si quis familiæ ſuæ legauerit &c. 88.
De monaſterijs non alie. 89.
De conductoribus & emphyteuticarijs. 90.
Quibus pœnis ſubijciuntur qui præſentem cõ. violant. 91.
De vi & poteſtate conſtitutionis in tempora. 92.
Vt iudices nulla ratione vtantur à principe. 93.
De ſucceſsione quæ ab inteſtato defertur. 94.
De ijs qui ſecundas non contraxerint nuptias. 95.
Si vir vel mulier ſine cauſa legitima matrimonium ſoluerit. 96.
Si epiſcopus ante conſecrationem vel poſt venerabili loco res ſuas obtulerit 97.
De ſeruis & aſcriptitijs &c. 98.
De diaconis, preſbyteris, ſubdiaconis iure cognationis ad tutelam vocatis. 99.
De clericis vt exceptores vel exactores non fiant. 100.
De epiſcopis in iudicium &c. 101.
De conſilij epiſcoporum per ſingulos annos faciendis. 103.
De his qui ſine cauſa excommunicant. 104.
De epiſcopis ſua manu cedentibus. 105.
Si ſeruus clericus fiat. 106.
Si aſcriptitius clericus fiat. 107.
De clericis electis ab ædificatoribus venera. locorum &c. 108.
De clericis miniſterium Dei non implentibus. 109.
De peculio quaſi caſtrẽſi clerici, & de ſignificatione clericatus. 110.
De teſtimonijs clericorum. 110.
De clericis vel monachis, diaconis vel aſceterijs conueniendis in ciuili & criminali cauſa. 112.
De eiſdem perſonis pro canonica cauſa conueniendis. 113.
De rebus dubijs in concilijs epiſcoporum emergentibus. 114.
Si clericus vel quiuis alius contra epiſcopum adire poteſtatem maluerit. 115.
Si quis metropolitanum ſuum poteſtatem adire maluerit. 116.
De epiſcopis apud iudicem vocandis. 117.
De hæreditatibus eorum qui res venerablium locorum geſſerunt. 119.
De apochriſarijs. 120.
De epiſcopis & cleri. pro ciuitate vel eccleſia ſua &c. 121.
De excuſatione religioſæ perſonæ. 122.
De ſportulis religioſæ perſonæ. 123.
De his qui ſportulas exigunt vltra modum ſtatutum. 124.
De clericis qui mulierem in domo ſua habent. 125.
De epiſcopis qui cum mulieribus habitant. 126.
De diaconiſsis qui cum maſculis habitant, & de liberis carum. 127.
Si quis inter celebranda miſteria miniſtris iniuriam fecerit. 128.
De letanijs clericorum. 129.
De monachis & monaſterijs. 130.
De quatuor ſanctis concilijs. 131.
De ordine patriarcharum. 132.
De præſcriptione quadraginta annorum venerabilibus locis competente. 134.
De ædificatione venerabilium locorum. 135.

¶Finis rubricarum Nouellarum.

C1234459x

63

AUTHENTIC

NOVELARUM

VOLUMEN

colorchecker CLASSIC
calibrite
mm